Cumm multi fugerent in Piraeeum, quumque inde etiam multi deducerentur (a 30 viris) repleta ē Megala ~~[illegible]~~ et Thebae fugientibus

~~Ditto~~ a Dee oportet pass deoque indigeo.
Deoque dat. mod.

Gdy już miało się na dzień (dniało) i już każdy z nieprzyjaciół odszedł dokąd każdy miał potrzebę, a masztalerze czyszcząc konie wyda~~li~~ wali szelest uzbrojeni towa. Trazy- wziąwszy broń i pędem uderzyli i zabili z ciężko uzbrojonych 120, a z jeźdźców ~~Zet~~ Nikostr

Quum dies esse ~~ea~~ incepisset et jam multi hostium discederent quo cuiq opus esset et equisones equos tergentes strepitum ederent interea socii Trasybuli armis acceptis cursu impetum fecerunt et multos occiderunt. Hos vero in fugam conjectos ad VI stadia persecuti et ex equitibus Nicostratum cognomento pulchrum et alios duos deprehensos adhuc in lectis.

Quænam e primaria notio Acc. quæque ejus secundariæ notiones? De Accusativo proximi, quem dicunt, objecti.
De Alcmane et Stesichoro. —

Syntaxis linguæ Græcæ.

Synt. l. gr. 1.
37
P. I d. 6/12 1860.

Q. 1. Quænam verba vice copulæ εἰμί fungi possunt? De prædicati constructione, quæ appellatur κατὰ σύνεσιν.

Vice copulæ εἰμί fungi possunt alia etiam verba, veluti: ὑπάρχειν suppeto, γίγνεσθαι fio, φῦναι orior, αὐξάνεσθαι cresco, μένειν maneo, καταστῆναι constare, δοκεῖν ἐοικέναι, φαίνεσθαι videri, δηλοῦσθαι appareo, καλεῖσθαι, ὀνομάζεσθαι, λέγεσθαι ~~di~~appellari, ἀκούειν audire (cum adverbiis vg bene audio i.e. bona existimatione utor), αἱρεῖσθαι, ἀποκρίνεσθαι, κρίνεσθαι eligi, νομίζεσθαι haberi – eg Ἀλκιβιάδης ᾑρέθη στρατηγός. Alcibiades dux ē electus.

Quædam ex Syntaxi congruentiæ, a cæterarum linguarum usu abhorrentia.

a) Sæpenumero prædicatum non forma sed potestati subjecti accommodat. vg Τὸ πλῆθος ἐπεβοήθησαν multitudo auxilium tulit – deberet esse ἐπεβοήθησε. Ὁ στρατὸς ἀπέβαινον exercitus descendit – bant (constructio κατὰ σύνεσιν, ad intellectum.)

ἀποβαίνω fut. ἀποβήσομαι aor. II ἀπέβην.

b) Si rei natura in universum designanda ē, subjecto cujusvis generis adjectivum neutrius generis, prædicati loco, jungi solet. eg Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω. Non ē bona dominatio multorum unus princeps esto.
Nota Id sæpenumero accidit pronominibus prædicati vicem sustinentibus. eg τοῦτό ἐστιν ἡ δικαιοσύνη. ~~ea~~ hæc sunt justa.

c) Adjectiva verbalia in τός et τέος, more latinorum Gerundii, impersonaliter posita, pluralis num̄i formam induunt eg Πιστά ἐστι τοῖς φίλοις credendum ē amicis. (loco: πιστόν ἐστι.)

d) Neutrius gn̄is subjecto verbum in singulari num̄o jungere solenne ē Græcis vg τὰ ζῶα τρέχει. animalia currunt. loco: τὰ ζῶα τρέχουσι
Nota Immunia ē hujus regulæ substantiva neutrius gn̄is ad personas designandas translata eg τὰ τέλη (= magistratus) τοὺς στρατιώτας ἔπεμψαν
tum si notio multitudinis urgetur, eg φανερὰ ἦσαν ὑποχωρούντων καὶ ἵππων καὶ ἀνθρώπων ἴχνη πολλά. Manifesta erant cedentium et equorum et hominum vestigia multa.

e) Nomini dualis num̄i formam præferenti, sæpissime jungitur verbum in plurali eg Δύο ἄνδρε ἐμαχέσαντο
Nota Dualem numerum ibi tum adhibere memento, ubi de duabus rebus a natura junctis inter se. vg πόδε pedes, χεῖρε manus, ὦτε vel etiam de pari rerum, quæ arcta necessitudine inter se contineri cogitantur, agitur eg ἀδελφώ duo fratres.

Nota Substantivo fœminino dualis numeri attributum masculini g(ene)ris jungi solet. eg. ἄμφω τὼ πόλεε ambæ urbes (loco ἀμφά τὰ πόλεε)

f. Superlativus, genitivo junctus, induit plerumque genus subjecti non genitivi eg. φθόνος χαλεπώτατος ἐστι τῶν νόσων. Invidia est acerbissima morborum. (νόσος est g(ene)ris fœminini, adeoque deberet esse χαλεπωτάτη).

De articulo præpositivo ὁ, ἡ, τό.

Articulus ὁ ἡ τό significat, substantivum, cui præfixum est, ut rem definitam cogitari.

Nota Articulus indefinitus recentiorum linguarum eg. Germanicæ duplici vi est præditus; aut enim totum genus designat eg. ein Mensch homo in universum (animal ratione et oratione præditum): tum Græci utuntur simplici nomine vg ἄνθρωπος; aut etiam unam quidem rem ex toto genere indicat, sed accuratius eam non designat: tum Græci adhibent pronomen τὶς τὶ.

Totum notionis ambitum designaturis articulum nomini præfigere licet. vg. ὁ ἄνθρωπος θνητός ἐστιν. homo est mortalis.

Nomina propria in universum carent articulo, præsertim si sequitur appositio, articulo juncta. eg. Σωκράτης ἔφη. Socrates. Σωκράτης ὁ φιλόσοφος - Socrates philosophus.

Nota. Nominibus propriis, jam supra memoratis, vel quæ lectori cognita putantur, articulus præfigendus.

Participia, infinitivi, adjectiva, articulo præposito, substantivorum vim nanciscuntur. eg. ὁ πλεῖστα ὠφελῶν τὸ κοινὸν μεγίστων τιμῶν ἀξιοῦται.

Τὸ γράφειν scribere - τοῦ γράφειν scribendi etc.

Οἱ ἄλλοι significat reliquos. Οἱ ἕτεροι alteri (de duabus factionibus). Πολλοί multi; οἱ πολλοί multitudo, plebs. Πλείους (i. e. πλείονες) plures, οἱ πλείους major pars totius (si opponitur minori parti).

Græco sermone utentibus licet adverbiis loci, temporis, interdum etiam qualitatis præfixo articulo vim adjectivorum vel etiam substantivorum (si substantivum facile cogitatione suppleri potest) tribuere. eg ἡ ἄνω πόλις superior civitas; ὁ μεταξὺ τόπος locus interjectus. ὁ νῦν βασιλεύς, rex qui nunc imperium tenet. Idem de præpositionibus, casu suo junctis, dicendum: ὁ πρὸς τοὺς Πέρσας πόλεμος. bellum contra Persas gestum.

Adjectivum articulo et substantivo interpositum, v(el) etiam substantivo postpositum, (articulis utrique nomini præfixis, habet vim attributi, cujus ope res ab aliis rebus ejusdem generis dignoscitur. eg. ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ v ~~ὁ ἀγαθὸς~~ ὁ ἀνὴρ ὁ ἀγαθός est vir bonus malis scilicet oppositus.

contra, adjectivum, postpositum substantivo, cui præfixus ē articulus v etiam præpositum substantivo, ~~cui præfixus ē~~ articulo juncto, pro contracta enunciatione ē habendum, cujus ope res n̄ alii rei, sed sibi ipsi quodammodo opponitur, quum una ejus quantitas, aliis neglectis, potissimum argui cogitetur v.g. ὁ ἀνὴρ ἀγαθός v ἀγαθὸς ὁ ἀνὴρ vir, qui v quia v quatenus v si bonus est. Ita: ὁ βασιλεὺς χαρίζεται τοῖς ἀγαθοῖς πολίταις v τοῖς πολίταις τοῖς ἀγαθοῖς significat: Rex gratificatur (sprzyja) bonis civibus (malis n̄ item). Ὁ βασιλεὺς χαρίζεται τοῖς πολίταις ἀγαθοῖς v ἀγαθοῖς τοῖς πολίταις gratificatur civibus si v quia v quum boni sunt, prout fert nexus sententiarum. Hoc discrimen luce clarius apparet in adjectivis μέσος medius, ἄκρος summus, ἔσχατος ultimus, v.g. ἡ μέση πόλις v ἡ πόλις ἡ μέση est środkowe miasto; μέση ἡ πόλις v ἡ πόλις μέση środek miasta. Ὁ μόνος παῖς παίζει unicus filius ludit. μόνος ὁ παῖς παίζει solus filius ludit. Ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος populus Atheniensium (aliis populis oppositus); τῶν Ἀθηναίων ὁ δῆμος populus v plebs (non principes).-

ex primus liber pierwszy księgi i pierwszy księga znaczy - item extremus liber +

A. П. д. ~~14~~ 13/12 1860 r.

Genera verbi

Verba Græca, si significationem respicimus, sunt: ~~Tra~~ Transitoria, Intransitoria, Reflexiva, passiva.

Hisce quatuor generibus exprimendis inserviunt 3 formulæ: Activa, Media, passiva. Transitiva et intransitiva verba exprimuntur plerumque forma activa. Actiones reflexivæ et passivæ iisdem formis utuntur, præter Aoristum et futurum, in quibus utrique actioni suæ ē clausulæ. Media forma reddunt etiam actiones reciprocas i.e. quas duo v plura subjecta inter se exercent v.g. διακελεύονται cohortantur inter se.

Quædam proprietates Græci verbi in illam descriptionem non quadrantes.

1) Nonnulla verba activa, præsertim significantia motum, induere possunt vim intransitivam (ut Latina verba: vertere, mutare, declinare, alia), veluti: ἀνάγειν reducere, recedere; διάγειν perducere, perstare, ἐλαύνειν agitare, vehi, ἐμβάλλειν injicere, invadere —

decoquere wygotować, wrzeć -

ἐκβάλλειν ejicere, erumpere, ἀποκλίνω ut Lat. declino, τρέπειν ut Lat. vertere, ἔχειν cum adverbiis εὖ, κακῶς ἔχειν bene, male se habere, τελευτᾶν finire, mori etc.

2) Multa verba transitiva, quorum uterque Aoristus est in usu, in Aoristo I transitivam, in Aor. II intransitivam vim habent:

δύω induo, ἔδυσα indui, ἔδυν subii, mersus sum.
ἵστημι statuo, ἔστησα statui, ἔστην steti.
φύω gigno, ἔφυσα genui, ἔφυν ortus sum.
σκέλλω sicco, ἔσκηλα siccavi, ἔσκλην exarui.

Eadem ratione multa verba transitiva, quorum utrumque perfectum est in usu, in Perf. I transitivam, in Perf. II intransitivam significationem induunt:

ἐγείρω e somno excito, ἐγήγερκα e somno excitavi, ἐγρήγορα experrectus sum.
ὄλλυμι perdo, ὀλώλεκα perdidi, ὄλωλα perii.
πείθω persuadeo, πέπεικα persuasi, πέποιθα confido.

Praeterea quaedam Perfecta II verborum transitivorum in quibus Perfectum I non exstat, intransitivam vim induunt:

ἄγνυμι frango, ἔαγα fractus sum.
πήγνυμι figo, πέπηγα haereo.
ῥήγνυμι rumpo, ἔρρωγα ruptus sum.
σήπω putrefacio, σέσηπα putrefactus sum.
τήκω liquefacio, τέτηκα liquefactus sum.
φαίνω ostendo, πέφηνα appareo.

Vox media.

De significatione mediae vocis haec sunt tenenda:

1) Media vox significat actionem in ipsum subjectum redire, ita ut idem valeat ac verbum activum junctum accusativo pronominis reflexivi. Haud magnus est numerus verborum, quae hoc primitivo sensu mediam habeant significationem. vg.

ἀπέχω prohibeo, ἀπέχομαι abstinere se.
ἀπάγξαι τινα gulam alicui laqueo frangere - ~~aut~~ , ἀπάγξασθαι sibi laqueo [illegible] mortem consciscere. τύψασθαι, κόψασθαι se percutere, ἐμβάλεσθαι aggredior, operam do (ἐμβάλλω injicio), - παύσασθαι cessare (παύω τινα cessare facio). Quae praeterea huc spectant verba enunciant aliquid, quod corpore nostro facimus, veluti: ἀλείψασθαι, χρίσασθαι se perungere, λούσασθαι, νίψασθαι se lavare, στεφανώσασθαι se coronare, κείρασθαι ~~se~~ se tondere etc. In ceteris eadem haec relatio, si debet notari, pronominis ~~relativi~~ reflexivi ἐμαυτόν, ἑαυτόν etc. ope exprimitur.

2) Media vox significat actionem, quam subjectum in rem suam vel saltem aliqua necessitudine secum conjunctam exercet.

Triplex

Triplex relatio hic statui potest: aut enim objectum, in quod actio redit, vero subjecti finibus contineri, aut in eo includi, aut demum iis qualibet ratione moveri cogitatur, ita ut media forma activum verbum junctum jam pronomini possessivo, jam Dativo pronominis personalis, jam praepositioni cum suo casu substitui possit.

Primae relationis exempla: τύπτομαι τὴν κεφαλήν percussi meum caput.
λούσασθαι τοὺς πόδας manus sibi vel suas lavare.

Secundae relationis exempla:
καταστρέψασθαι γῆν sibi subjicere terram.
ἀναρτήσασθαι τινα sibi devincere.
κτήσασθαι, παρασκευάσασθαι, πορίσασθαι τι comparare etc. Tertiae relationis exempla:
ἀμύνασθαι τοὺς πολεμίους propulsare a se hostes.
ἀπώσασθαι κακά a se propulsare mala.

3o Interdum tamen mediae vocis vis ita obscurata, ut primum intuenti nulla ad subjectum relatio verbo contineri videatur, et media vox ad similitudinem deponentium Latini sermonis proxime accedat, transitiva vel intransitiva significatione adscita. Ejusmodi verba paucissima in Aoristo mediam formam, pleraque ~~positivam~~ passivam formam exhibent.
ut φυλάξασθαι cavere (φυλάσσειν τινα custodire aliquem), βουλεύσασθαι consultare (βουλεύειν τινι consilium dare), γεύσασθαι gustare (γεύω gustare facio), ~~ἀναμνεσθαι~~ ἀναμνησθῆναι, ἀναμνήσεσθαι recordari (ἀναμνῆσαι τινα aliquem admonere), αἰσχυνθῆναι, αἰσχυνεῖσθαι revereri (αἰσχύνω τινα pudorem incutio), φοβηθῆναι, φοβήσεσθαι timere (φοβεῖν τινα terrere) πορευθῆναι, πορεύσεσθαι proficisci (πορεύειν τινα transduco), πλαγχθῆναι, πλάγξεσθαι circumvagari (πλάγξαι τινα in errorem induco), διαλυθῆναι, διακριθῆναι discedere, ἀπαλλαγῆναι abire etc.

4) Alia actionis in auctorem redeuntis ratio est, si ejus jussu id ei conficit. Ita κείρομαι significare potest tondere me jubeo

Verba passiva

Ex illo novissimo mediae vocis usu orta significatio passiva, quum nostra interesset designare, utrum suo, an alieno arbitrio subjectum aliqua ratione afficiatur.

Passiva vox multo latius patet in Graeca sermone, quam in Latino, n. solum enim verba transitiva, quae Accusativum requirunt, sed etiam intransitiva, quae Genitivum et Dativum requirunt, passive adhiberi possunt vg φθονειν τινι invidere alicui, φθονοῦμαι ὑπό τινος invidetur mihi.

P. III d. 8 Stycznia 1861 r. **Tempora.**

Tempora dividunt in primaria: Praesens, Perfectum, Futurum et Historica: Imperf., Plusqpf., Aoristus.

Dla ożywienia mowy.

Praesens. Ut Latini, ita etiam Graeci, orationem concitatiorem redditur, praeteritas actiones praesente exprimere solent (Praesens historicum) vg. Πολύδωρον ἐμοὶ πατὴρ δίδωσι Πρίαμος ἐν δόμοις τρέφειν. Priamus dat mihi Polydorum ut nutriam eum in domo mea.

Ubi agitur de familia praeponenda ē praepositio verbo domus.

Nota Praesens εἶμι in Indicativo et Conjunctivo significationem Futuri induit, Infinitivus vero et Participium Praesentis, et Futuri et Praesentis vim promiscue recipit vg. οὐκ εὐθὺς ἀφήσω αὐτὸν οὐδ᾽ ἄπειμι (abibo), ἀλλ᾽ ἐρήσομαι καὶ ἐξετάσω καὶ ἐλέγξω. non statim eum dimittam, neque abibo, sed examinabo. Contra ἥκω (veni) et οἴχομαι (discessi) habent ~~vim~~ vim perfecti.

Latinorum perfectum respondet quasi Aoristo Graecorum.

Perfectum significat, rem hoc ipso tempore, quo loquimur, accidisse, tum indicatur eo effectus adhuc durans actionis alicujus jam absolutae, v. g. γέγραφα τὴν ἐπιστολήν (scripsi epistolam) scribere nunc maxime desii et epistola, quam scripsi, exstat.

Nota Multa perfecta reddi solent praesentibus, quae effectum actionis jam absolutae indicant. Ita πέποιθα (persuasi mihi) confido, οἶδα (cognovi) novi, πέφηνα appareo, τέθηλα floreo, κέκτημαι (mihi comparavi) possideo, κέκλημαι appellor ~~etc~~ (nomen mihi inditum est) etc.

Futurum a Latinorum futuro eo differt, quod in enunciatis secundariis, etiam post tempora historica poni solet ad designandum id, quod fieri posse vel debere cogitatur, ubi Latinis Conjunctivo uti solenne est v. g. Ἡγεμόνας ἔλαβον οἱ στρατιῶται, οἱ αὐτοὺς ἄξουσι, ἔνθεν ἕξουσι τὰ ἐπιτήδεια. Milites elegerunt duces qui eos ducerent, unde haberent res ad victum necessarias.

Formatur a perfecto επι in σομαι - τεθυμαι fut. τετυσομαι -

Futuro Exacto (III) res plane praeterita ac perfecta in futurum tempus transfertur v. g. Ἡ πολιτεία τελέως κεκοσμήσεται, ἐὰν ὁ τοιοῦτος αὐτὴν ἐπισκοπῇ φύλαξ, ὁ τούτων ἐπιστήμων Respublica plene ordinata erit, si talem nacta fuerit custodem, harum rerum intelligentem.

Nota Futurum Exactum apud Græcos in primariis tantum enunciatis, tum in iis secundariis ponitur, quæ conjunctionibus ὅτι et ὡς (quod) annectuntur; in reliquis enunciatis secundariis vice ejus fungitur Conjunctivus Aoristi (raro Perfecti), ex conjunctionibus cum particula ἄν (Polonicum: by) conflatis pendens, veluti: ἐάν, ἐπάν, ἐπειδάν, ὅταν, πρὶν ἄν, ὅς ἄν etc. e.g. Ἐὰν τοῦτο λέξῃς si hoc dixeris.

Aoristus est tempus præteritum absolute positum sine ulla relatione ad præsentiam, proinde adhibetur, ut Latinorum perfectum historicum, quum id tantum nostra interest, ut, quid acciderit, commemoremus, v.g. Κῦρος πολλὰ ἔθνη ἐνίκησεν Cyrus multas gentes vicit. Oppositus est itaq. Aoristus cæteris temporibus historicis, Imperfecto puta, quo res, quibus præsentibus aliæ actæ sunt, designantur, tum Plusqpfecto quod cum Latinorum Plusqpfecto congruit. Ceterum si relationes Imperfecti et Plusqpfecti propriæ non urgentur, horum temporum locum Aoristus obtinere potest, v.g. Ἐπειδὴ οἱ Ἕλληνες ἐπῆλθον, οἱ πολέμιοι ἀποπεφεύγεσαν Quum Græci advenissent, barbari jam fugerant.

In historica narratione actiones principales Aoristo, actiones vero secundariæ, illis explicandis adumbrandisque inservientes, Imperfecto reddi solent, ita ut eadem ratio inter hæc tempora intercedat, atq. inter Perfectum historicum et Imperfectum Latinorum, e.g. τοὺς πελταστὰς ἐδέξαντο οἱ βάρβαροι καὶ ἐμάχοντο· ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν οἱ ὁπλῖται, ἐτράποντο, καὶ οἱ πελτασταὶ εὐθὺς εἵποντο. Barbari impetum militum levis armaturæ sustinuerunt et pugnabant, ubi vero propius accesserant gravis armaturæ milites, fugati se dederunt — terga verterunt.

[Margin: eg legatos ingressos urbem, et oes ei gratulabantur.]

Nota Generales sententias, quippe quæ usu experientiaq. nituntur, Aoristo exprimere solenne est Græcis e.g. κάλλος ἢ χρόνος ἀνάλωσε ἢ νόσος ἐμάρανεν. Pulchritudinem (formam) vel tempus absumpsit vel morbus fœdavit.

[Margin: Apud latinos etiam ... exempla ... domus ... fundus pepulit corpore febrim ..., ... ἀν ... ἰσοσεῖ.]

In obliquis modis Aoristus a Præsente ita differt, ut Præsentis modi ad stabilem actum indicandum, Aoristi ad id, quod cito agendum, maxime inferantur. Quod discrimen Polonica lingua commodius exprimitur, veluti:

a) Conjunctivus Aoristi et Conju. Præsentis φύγωμεν uciekniimy, φεύγωμεν uciekajmy.

b) Imperativus Aor. et Imper. Præsentis δός et δίδου μοι τὸ βιβλίον (daj et dawaj mi ksiażkę)

c) Infinitivus Aoristi et Præsentis κελεύω σε δοῦναι et διδόναι τὸ βιβλίον (dać i dawać). Sed Infinitivus Aoristi etiam actionem absolutam significare et Infinitivi Perfecti vices sustinere

nere potest, e.g. ἤγγειλε τους πολεμίους ἀποφυγεῖν vel ἀποπεφευγέναι (nuntiavit hostes fugisse).
2) Optativus Aoristi et Praesentis εἴθε τοῦτο γένοιτο vel γίγνοιτο (oby się to stało i działo).

Participium Aoristi semper ~~et~~ actionem jam absolutam designat, v. g. Οἱ αὐτόμολοι ἤγγειλαν τους πολεμίους ἀποφυγόντας idem atq. ἀποπεφευγότας. perfugae nuntiarunt hostes aufugisse.

P. IV d. 22 Stycznia 1861 r. ~~nie~~ była ~~pr~~ mówiona nie prelegowana

Modi

Indicativus si significationem respicis, nihil differt a Latinorum Indicativo.

Conjunctivus et Optativus in eo inter se congruunt, quod utroq. actio non re ipsa fieri, sed fieri posse vel debere ponitur, ita tamen ut Conjunctivo actionem significemus exspectari, Optativo vero deinde nullam rationem habeamus, utrum actio re ipsa futura sit, nec ne.

Conjunctivo expressa actio semper ad futurum tempus referenda. Usus ejus in primariis enunciatis est triplex: 1) quum nosmet ipsos ad aliquid agendum exhortamur (1a pers. sing. et plur.), 2) quum dubii interrogamus* (1a pers. sing. et plur.), 3) quando vetamus** (IIa pers. sing. et Plur. Aoristi cum particula μη) eg. ἴωμεν eamus! μὴ ἴωμεν. μὴ φοβηθῆς ne metueris. Τί ποιῶμεν quid faciamus.

*Latinis hic conjunctivus conjunctivus deliberativus.

**Latinis solemne est ponere conjunct. hortativum perfecti. ita ne quid dixeris, ne quid feceris invita Minerva.

Optativo expressa actio ad praesens vel futurum tempus pertinere cogitatur tantum in conditionalibus enunciatis e.g. εἴ τι ἔχοις, δοίης ἄν si quid habeas, des. Utraq. pars hujus enunciati designat actionem quae in praesens vel potius in futurum tempus cadere putatur. Ex ejusmodi enunciatis conditionalibus oritur formula optatis exprimendis inserviens, ubi posterior pars conditionalis enunciati mente supplenda v. g. εἰ τοῦτο γένοιτο! o si hoc fiat! (suppleas εὐτυχὴς ἂν εἴην felix sim vel aliud quid). Loco simplicis εἰ vulgo plenior forma ponitur εἴθε, εἰ γάρ v. g. εἴθε ἐμοὶ θεοὶ ταύτην τὴν δύναμιν παραδεῖεν!

Aoristus

Saepius etiam posterior enunciati pars per ellipsin sola ponitur v. g. ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι lubenter haec audiam (suppleas εἰ ἐξείη si liceat vel aliud quid). Si ab hoc usu recedas, Optativus nisi post tempora historica non ponitur.

Nota. Optata quae fieri non posse putantur exprimuntur Indicativo temporum historicorum v. g. εἴθε τοῦτο ἐγένετο!

Imperativus. Particula μή (ne) Imperativo Aoristi jungi non potest. Imperativo Aoristi sufficiendus est tum vel conjunctivus Aoristi vel Imperativus Praesentis. Itaque dici potest μὴ γράφε v. μὴ γράψῃς, dici vero nequit: μὴ γράψης aut μὴ γράψον.

De particula ἄν

Particula ἄν significat actionem ex aliqua sive expresse commemorata sive cogitatione supplenda conditione pendere. Haec particula jungi potest:

1) Indicativo historicorum temporum duplici significatione:

a) ad significandam actionem, quae fieri non potuisse cogitatur v. g. εἰ τοῦτο ἔλεγες ἡμάρτανες ἄν si hoc diceres, errasses. Tum omissa conditione: ἐχάρης ἄν laetatus esses (sc. si hoc audisses).

b) ad significandam actionem, quae certis quibusdam rebus recurrentibus, saepius est peracta v. g. εἴ τις Σωκράτει περί του ἀντιλέγοι, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα τὸν λόγον. kiedy kto Sokrat. sprzeciwiał się, on zwykle wracał do zasady

2) Conjunctivo adjicitur, quum actionem, quae incerta quidem esse, sed exspectari putatur, tamquam ex aliqua conditione pendentem repraesentamus, id quod usu non venit, nisi in enunciatis secundariis, ubi ἄν cum aliis conjunctionibus in unum corpus conflari solet. Ita exsistunt conjunctiones: ἐάν, ὅταν, ὁπόταν, πρὶν ἄν, οὗ ἄν, οἷ ἄν, ἔνθ' ἄν, ὅθεν ἄν, ὁπόθεν ἄν, ὅπως ἄν, ᾗ ἄν, ὅπῃ ἄν, ὅς ἄν (si qui v. quicumque), οἷος ἄν, ὁποῖος ἄν, ὅσος ἄν, ὁπόσος ἄν etc.

(interlinear glosses: jeśli, kiedy, przed dopóki, gdzie, dokąd)

3) Optativo jungitur, quum actio, quæ fieri posse cogitatur, nullo respectu habito, utrum reipsa futura sit, nec ne, tamquam ex aliqua conditione pendens repræsentatur. Optativus junctus particulæ ἄν semper pro apodosi conditionalis enunciati habendus, ad quam conditio mente supplenda est e.g. εἰ τοῦτο λέγοις ἁμαρτάνοις ἄν si hoc dicas, erres, tum omissa priore parte (protasis): εἴποι τις ἄν dicat aliquis (supplendum: si videat, sciat, etc.). Hinc fit, ut is loquendi modus, proprio Atticis moderationis in asserendo exemplo, pro certissimis sententiis, certissima rerum futurarum prædictione usurpetur, v.g. οὐκ ἄν φεύγοις = non effugies, οὐκ ἄν δυνηθείημεν = non possumus.

Attici ad sententiam suam urbanius exprimendam utunt. optativo cum particula ἄν - loco Indicativi.

4) Ad Infinitivos et participia tum ponitur, quum Infinitivo vel participio in verbum finitum refecto hæc particula subjungenda invenitur v.g. εἴ τι εἶχον, ἔφη δοῦναι ἄν si quid habuisset dixit se daturum fuisse (oratio recta: εἴ τι εἶχον, ἔδωκα ἄν). εἴ τι ἔχοι, ἔφη δοῦναι ἄν si quid haberet dixit se daturum esse (orat. recta: εἴ τι ἔχοιμι, δοίην ἄν).

Nº V d. 29 Januarii 1861 r.

Casus obliqui

Genitivus respondet ad interrogationem unde?, et ponitur ad significandas notiones, quæ ex hac primaria oriunt. Ita significat causam, materiam, auctorem, possessorem, pretium, totum, ex quo pars aliqua sumitur. (G. partitivus)

ἄγω duco. (ἀγάγω) Aor. II ἤγαγον v ἦγον - imper. ἀγαγέ, Inf. ἀγαγεῖν. Perf. ἦχα Pf. pas. ἦγμαι Aor. I pas. ἤχθην fut. ἀχθήσομαι.

1. De motu e loco, nisi apud poetas, non ponitur e.g. διώκετο οἷο δόμοιο ejecit domo sua. Ἄγοντο νήσου duxerunt ex insula.

2. Genitivus causæ. Huc referenda:

a) verba quæ desiderium, dolorem, pænitentiam, miserationem, curam, odium, admirationem, iram, aegritudinem significant. e.g. ἐρασθῆναί τινος amare aliquem. Μέλει μοί τινος cura est mihi aliquid. Δανάων κεχωλόμενοι ὅσσοι ὄλοντο irati, quod tot Danai perirent. Πατρὶ μηνίσας φόνου patri iratus ob cædem. Ζηλῶ σε τοῦ νοῦ admiror te ob prudentiam.

ἄγαμαι - fut. ~~ἀγάσομαι~~ ἀγάσομαι Imp. ἠγάμην, σο - Aor. med. ἠγασάμην Aor. I ind. ἠγάσθην - opt. ἀγασθείην conj. ἀγασθῶ

Nota. Ad verba ἄγαμαι (admiror) et θαυμάζω (miror) triplex constructio est in usu: α) θαυμάζω τὸν στρατηγόν, θαυμάζω τὴν σοφίαν admiror ducem - admiror sapientiam β) τοῦτο θαυμάζω σου v θαυμάζω τῶν στρατηγῶν ὅτι οὐ πειρῶνται

γ) θαυμάζω Σωκράτη τῆς σοφίας.

b) Verba accusandi, damnandi, puniendi e. g. τιμωρεῖσθαι φόνου puniri ob caedem; ἁλῶναι κλοπῆς damnari furti, αἰτιᾶσθαι φόνου accusari inter sicarios.

c) Verba precari, obtestari e. g. λίσσεσθαι, ἱκετεύειν πατρός obsecrare, supplicari ~~patrem~~ per patrem.

d) locutiones, quae admirationem vel miserationem exprimunt, e. g. εὐδαίμων μοίρας sorte sua felix; οἴμοι δάμαρτος καὶ τέκνων vae mihi conjugis et liberorum causa!

3. G. materiae latissime patet. Huc spectant sequentes fere notiones:

a) fabricari, conficere eg. χαλκοῦ ποιέονται τὰ ἀγάλματα ἢ λίθου signa fabricant ex aere vel ex lapide. Στέφανος ποίας sertum ex gramine.

b) abundare, carere, implere, satiare, i. e. copiae et inopiae e. g. τὰ Ἀναξαγόρου βιβλία γέμει (scatent) σοφῶν λόγων. Ἀπορεῖν, πένεσθαι τῶν χρημάτων (indigere bonis). Κορέσασθαι φορβῆς satiari pabulo. Πολλοῦ δεῖ multum abest.

c) edere, bibere e. g. ἐσθίειν τῶν κρεῶν Πίνειν ὕδατος bibere aquam.

Nota. ἐσθίειν et πίνειν adsciscunt accusativum: a) si de magna cibi et potionis copia est sermo; b) si consueta alicui edulia significantur e. g. πίνω τὸν οἶνον (vinum), πολὺν οἶνον

d) olere, illinere, lavare, splendere e. g. πνεῖν μύρων redolere unguenta. λελουμένος Ὠκεάνοιο lotus aqua oceani. Ἀποστίλβοντες ἀλείφατος nitentes unguentis. ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν! quam jucundus odor carnis suillae adflavit mihi!

e) parcere φείδεσθαί τινος. parcere alicui.

f) complura verba et adjectiva, quae significant recordari et oblivisci, peritum, imperitum esse e. g. μέμνημαι τοῦ χρόνου τῆς ἀλκῆς ἐπιλανθάνεται fortitudinis obliviscitur. ἔμπειρός εἰμι τῆς τέχνης (peritus), τόξων εὖ εἰδώς.

g) verba, quae sensuum dicuntur (ἀκούειν audire, αἰσθάνεσθαι ἀκροᾶσθαι) quaeque aliquam animi actionem significant (πυνθάνεσθαι sciscitari, συνιέναι intelligere) e. g. Καὶ κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω et mutum intelligo et non dicentem audio. ἀκροάσομαι τοῦ ᾄδοντος. Ἀκούειν plerumque pone se habet accusativum nominis, quo sonus, et Genitivum ejus, quo soni auctor significatur e. g. ὡς ἤκουσε τοῦ ἀγγέλου τὰ παρὰ τοῦ Κύρου ut audivit ex nuntio ea, quae a Cyro allata erant.

4). G. auctoris ponitur ad verba γίγνεσθαι, εἶναι, φῦναι, e. g. Πατρὸς μὲν λέγεται Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου. Cyrus dicit ~~ortus~~ natus esse patre Kambyse.

5) G. possessoris item jungi solet verbis εἶναι, γίγνεσθαι tum adjectivis οἰκεῖος familiaris, ἴδιος proprius, ἱερός sacer (1) κύριος potens alicujus rei e.g. Σωκράτους πολλή ἦν ἀρετή.

(1) Sacer etiam Latinis jungit Genitivo.

6) G. pretii ponitur:

a) ad verba: vendere, emere, mutare, contendere de aliqua re, æstimare etc. e.g. Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί (ad verbum: pretio labor laboribus vendunt nobis Dii omnia bona) Τεύχε' ἄμειβε χρύσεα χαλκείων mutavit arma aurea æneis. Μάρνασθαι αἰγὸς ἢ ἐλάφοιο certare de capra vel cervo.

b) ad Comparativos, quum res, quacum comparatio instituitur, pretii quasi loco, ad æstimandam alteram rem adhibetur e.g. μείζων πατρὸς major patre. Simili modo construuntur: δεύτερος secundus, διπλάσιος duplex ὕστερος serior, alia adjectiva, in quibus comparationis notio latet, tum ἴσος par, ὅμοιος similis, διάφορος diversus, ἄλλος alius, verbum διαφέρειν differre etc. e.g. ποτερόν ἐστιν ἐπιστήμη ἡ ἀρετὴ ἢ ἀλλοῖον ἐπιστήμης (an aliud quid, quam disciplina).
Ex Genitivo comparationis haud absurde deduxeris Genitivum, poni solitum ad verba et adjectiva, quæ præstantiam, imperium et contrarias notiones significant, veluti: κρατεῖν, ὑπερβάλλειν (superare), ἡττᾶσθαι inferiorem esse, ἡγεῖσθαι ducere, ἄρχειν regere etc. v.g. Ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει fama rem ipsam superabat. περιεῖναι τοῦ ἐχθροῦ superare hostem.

7) G. partitivus ponitur:

a) ad verba εἶναι et γίγνεσθαι e.g. Ἡ Ζέλεια ἐστὶ τῆς Ἀσίας Zeleia ē urbs Asiæ. Τὸν θάνατον ἡγοῦνται πολλοὶ τῶν μεγίστων κακῶν εἶναι. Mortem putant unum e maximis malis esse.

Apud Latinos nisi apud poetas ñ invenitur

b) ad verba, quæ capere, prehendere, ducere significant, Genitivus partitivus, qua totum prehendas, notat e.g. ξανθῆς κόμης ἑλε flavo capillo comprehensum prehendit. Βοῦν δ' ἀγέτην κεράων bovem cornibus prehensis ducebant. ἀντιλάβεσθαι τῶν πραγμάτων aggredi res civiles. se accingere ad ...

c) ad verba collineare (τοξεύειν), participem esse, assequi (τυγχάνω, λαγχάνω, μετέχω τινος) et quæ contrarias notiones designant: privare (ἀποστερέω), liberare (ἀπαλλάσσω, ἐλευθερόω), cedere (εἴκειν), cessare (λήγειν, παύομαι) etc. v.g. εἴκειν τῆς ὁδοῦ decedere de via.

d) si quæritur quando? sed nonnisi de tempore parum definito eoque continuo. Sta θέρους æstate, χειμῶνος hieme, ἡμέρας interdiu etc. νυκτός nocte

e) Huc denique referas. G. qualitatis e.g. δένδρον πολλῶν ἐτῶν arbor multorum annorum.

Usus Dativi multo latius patet, quam apud Latinos, quippe quo non solum res, ad quam commodum vel incommodum ex actione a subjecto absoluta redundat, sed etiam multae notiones, Ablativi Latinorum propriae, veluti: modus, instrumentum, mensura, societas significentur.

a) De Dativo Ablativi Latinorum vice sustinente.

1) Ad significandum spatium [F] hic casus, nisi apud poetas, non adhibetur e.g. αἰθέρι ναίων in aethere habitans.

[F] Ad interrogationem ubi?

2) Non solum tempus ad interrogationem quando?, sed etiam statum significaturis Graecis mero Dativo uti licet, e.g. τῇ ἑβδόμῃ νυκτὶ ἐτελεύτησεν (obiit septima nocte), πολλοῦ πέραν πόντου χειμερίῳ νότῳ χωρεῖ (procelloso austro flante) [illegible]

secundo vento navigare, [illegible]

3) Conditionis notio saepenumero rationis vel etiam causae speciem induit, e.g. αἰδὼς μ' ἔχει σ' ὄμματ' ἐλθεῖν τοῖσιν πεπραγμένοις hisce rebus perpetratis pudore impedior, quominus in conspectum ejus veniam; φόβῳ ἔπραττε (metu fecit) id quod usu venit praecipue ad verba affectuum: ἥδεσθαι, χαίρειν, ἀλγεῖν τινι

Dativo causa cogitata tanquam status conditionis actionem — Genitivo vero causa

4) Dativus instrumenti, materiae et limitationis congruit cum ablativo Latinorum hisce notionibus denotandis inservienti, e.g. ἤστραπτε χαλκῷ (fulgebat aere), τεκμαίρεσθαι τοῖς πρόσθεν ὡμολογημένοις (conjecturam inire ex iis, quibus jam antea assensum est), ποσὶ ταχύς celer pedibus.

5) Simili modo ad interrogationem quanto? ut Latinis Ablativo, ita Graecis Dativo respondere est solenne; e.g. κεφαλῇ μείζων major capite.

Polonice reddendus ope particulae o, [illegible] o głowę

6) Dativus modi vulgo adverbii formam prae se fert e.g. βίᾳ vi, δίκῃ jure, πεζῇ pedibus. κραυγῇ cum clamore, vociferatione.

[illegible]

7) Denique Dativus instrumenti societati designandae inservit:

a) ad verba pugnandi, colloquendi — μάχεσθαι, ἐρίζειν, διαλέγεσθαι etc.

item poetae latini dicunt pugnare alicujus.

b) ad pronomen ὁ αὐτός (idem), e.g. ὡπλισμένοι ἦσαν τοῖς αὐτοῖς τῷ Κύρῳ ὅπλοις (eadem armatura erant instructi qua atque Cyrus). Idem dicendum de adjectivis: ἴσος (par), ὅμοιος (similis) et adverbiis ἐγγύς (prope), πέλας (procul).

c) in locutionibus ad rem militarem et nauticam spectantibus, ubi Dativo comites vel copiæ denotantur, e.g. ἀφίκοντο εἴκοσι ναυσὶν vel χειρὶ πολλῇ (magna manu), τῷ στόλῳ, τῷ στρατῷ.

Notandum præcipue est pronomen αὐτός e.g. αὐτοῖς ἵπποις una cum equis.

b) De Dativo propria hujus vocis significatione.

Dativus, arctiore hujus vocis significatione, primum omnium ita interdum adhibetur, ut res, cujus respectu subjectum aliquid agit, tanquam scopus, ad quem actio tendit, cogitetur, e.g. συλλεχθῆναι ταῖς θυσίαις (congregari ad sacra peragenda), προκαλεῖσθαι χάρμῃ (provocare ad certamen).

Deinde Dativus apud Poetas sæpissime denotat logicum subjectum ad verba passiva, ubi fungit[ur] officio præpositionis ὑπό cum Genitivo, e.g. Αἴαντι δαμείς, id quod a sermone Latino nequaquam alienum est. Ajaci domitus, seu ab Ajace domitus (przez Ajaxa).

Tum Dativo significatur respectus ad alicujus voluntatem vel judicium, e.g. ἄξιος θανάτου τῇ πόλει dignus morte ratione civitatis habita.

[margin:] godzien śmierci w oczach, zdaniem kraju.

Ejusmodi Dativus sæpissime legit[ur] ad verba εἶναι, γίγνεσθαι participiis juncta, quæ participia substantivi et præpositionis ope plerumq[ue] sunt reddenda e.g. ποθοῦνται προσφανής exoptatus advenit, ἡμέρα ἦν πέμπτη ἐπιπλέουσι τοῖς Ἀθηναίοις (piaty był dzień od wyjazda Ateńczykom).

[margin:] Biblia slavica scatent hisce Dativis.

Explicatus modo Dativus commodi sæpe Genitivi locum tenere videtur, e.g. ἡ Ἰλιὰς κάλλιόν ἐστι ποίημα τῷ Ὁμήρῳ ἢ ἡ Ὀδύσσεια Ilias ab Homero (pro Homeri) pulchrius poema quam Odyssea.

[margin:] Apud nostrates: on mu stryj.

Substantiva, a verbis Dativum regentibus profecta, item Dativo jungunt[ur], e.g. ἡ ἐν τῷ πολέμῳ τοῖς φίλοις βοήθεια auxilium in bello amicis latum — pomaganie przyjaciołom — [illegible] przestrzegać.

Ita fit, ut duo Dativi interdum concurrant, quor[um] alter personam, alter certam quandam partem vel relationem significet e.g. μαρτυρεῖ μοι τῇ γνώμῃ mihi i.e. meæ sententiæ testimonium adfert; Ἡροδότῳ ἔπορεν ἵπποις (νίκην) dedit victoriam Herodoto et quidem ejus quadrigis. Dał zwycięstwo koniom Herodota.

[margin:] Ejusmodi constructio appellatur σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος, forma totius et partis, quasi diceres.

Denique Dativo junguntur:

a) verba vituperandi, increpandi, invidendi — μέμφεσθαι, ἐπιτιμᾶν, λοιδορεῖσθαι, φθονεῖν, ἐγκαλεῖν;

b) verba ulciscendi, arcendi e.g. χραισμεῖν τινι ὄλεθρον arcere ab aliquo perniciem, τιμωρεῖν τινι φόνον ulcisci aliquem pro cæde et.

VII d. 5. Martii 1861.

Accusativus.

Accusativus respondet ad interrogationem quo?
Hac primaria significatione occurrit apud poetas e.g. κνίσση δ' οὐρανὸν ἷκεν (nidor it ad caelum); βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη ῥῖνα (jaculum Minerva direxit in nares); ἔβαν Πριαμίδαν (iverunt ad Priamidem) etc.
Inde oritur triplex ejus usus. Aliq designare potest:
a) proximum, quod dicitur, objectum sive rem actioni verbi transitivi objectam,
b) **consecutionem** tum rem actione verbi effectam (Accusativus rei effectae)(1).
c) **spatium**, quod actio motus emetitur.

Accusativus proximi objecti ponitur ad verba transitiva e.g. ἀναγιγνώσκω τὰ Ξενοφῶντος βιβλία. lego Xenophontis libros.
Nota. Substantiva et adjectiva, a verbis transitivis derivata, interdum etiam Accusativum adsciscunt e.g. οἱ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς τοιούτους ἀποστόλους (socii mortui sunt metu talium nunciorum).
Quaedam verba, contra quam usus Latini sermonis requirit, accusativum requirunt veluti: servire, blandiri, assentari θεραπεύειν, θωπεύειν, προσκυνεῖν τοὺς θεούς, alia. Δεῖ opus est et Dativo et Accusativo personae jungitur, χρή vulgo Accusativo e.g. σοὶ παίδων τί δεῖ; (quid opus est tibi liberis?) — Μυθήσεαι ὅττεό σε χρή (dic, quid tibi opus sit).
Sequentia fere verba requirunt duplicem Accusativum, personae et rei:
a) prodesse, nocere, male consulere in aliquem (ὠφελεῖν τινά τι, ὀνῆσαι, ἀδικεῖν, ὑβρίζειν, λυμαίνεσθαι e.g. οὐκ ἐμὲ μείζω βλάψετε ἢ ὑμᾶς αὐτούς.
b) benedicere, maledicere, bene mereri — εὖ vel κακῶς λέγειν τινά, εὐλογεῖν, κακολογεῖν, εὖ vel κακῶς ποιεῖν τινα, εὐεργετεῖν, κακουργεῖν e.g. οὐκ ἐπαύοντο πολλὰ ἡμᾶς ποιοῦντες κακά.
c) auferre, privare, poscere, exigere — ἀφαιρεῖσθαι τινά τι, ἀποστερεῖν, ἀπαιτεῖν, πράττεσθαι e.g. οἱ Λοκροὶ τέλη τοὺς καταπλέοντας ἐξέλεγον (Locri exigebant vectigalia ab appellentibus).
d) induere, exuere — ἐνδῦσαι, ἐκδῦσαι, ἀμφιεννύναι e.g. Παῖς ἕτερον παῖδα ἐκδύσας χιτῶνα, τὸν ἑαυτοῦ ἐκεῖνον ἠμφίεσεν (puer alterum puerum exutum veste, sua veste induit).

(1) Item apud Latinos ut Horat. deproperare coronas. Deproperare est verb. neutrum, sed praeter notionem festinandi etiam more Graecorum actionem ipsam significat. Item crepare. laborat trepidare rivus.

docere pueros prudentiam.
e) docere e.g. διδάσκειν τους παῖδας σωφροσύνην.
f) celare e.g. κρύπτω σε τὸ ἀτύχημα celo te hoc infortunium.
Si locutio activa in passivam mutatur, Accusativus personæ fit subjectum, Accusativus rei retinetur e.g. ἐρωτῶμαι τὴν γνώμην interrogor sententiam, κτῆσιν ἐστερημένος (possessione privatus), παρδαλέας ἐνημμένοι (pellibus pantheræ induti), etc.
Σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος e.g. τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε (hujus autem oculos tenebræ obduxerunt).
Accusativus consecutionis apud poetas præ se fert speciem appositionis toti enunciato adjunctæ e.g. ῥίψει χειρὸς ἑλὼν ἀπὸ πύργου λυγρὸν ὄλεθρον (manu prehensum dejiciet de turri in tristem perniciem i.e. ut misere pereat). Ἑλένην κτάνωμεν Μενέλεῳ λύπην πικράν (Helenam occidamus, Menelaum acerba ægritudine affecturi).
Item Accusativus consecutionis ponitur ad verba nominare, eligere, habere, facere, dividere, educare, ubi alter Accusativus significat rem actioni verbi objectam, alter consecutionem ex illa actione ortam e.g. Ονομάζειν τινὰ σοφιστήν. Αἱρεῖσθαί τινα στρατηγόν. Νομίζω, ἡγοῦμαί σε ἄνδρα ἀγαθόν. Τρεῖς μοίρας ~~δάσαντο~~ ἐδάσατο πάντα τὸν πεζὸν στρατόν. Παιδεύω σε σοφόν. Τρέφειν τινὰ μέγαν.
Accusativus rei effectæ. Multa verba recipiunt Accusativum ex eodem atque ipsa fonte ortos ad significandum effectum actionis, quæ iis designatur, veluti: ἀπειλὰς ἀπειλεῖν (minis terrere), μάχην μάχεσθαι (pugnam pugnare), γέλωτα γελᾶν (risum ridere), ἕλκος οὐτάσαι (vulnus infligere) etc. Plerumque ejusmodi objectis adjectivum apponitur e.g. ἀρίστην βουλὴν βουλεῦσαι (optimum consilium dare).
Nota. Non solum quævis verba neutra, sed etiam adjectiva ita construi possunt e.g. δοῦλος τὰς μεγίστας δουλείας (serviens maximam servitutem).
Accusativo, ex eodem ac verbum fonte emananti, suffici potest:
a) ejus attributum, objecti vicem tenens e.g. φόβον βλέπειν pro: φοβερὰν ὄψιν βλέπειν. Apud poetas audacissime id genus locutiones occurrunt e.g. τιτρώσκειν φόνον i.e. τραῦμα φόνιον (vulnus letale infligere), τυφλοῦν ἕλκος i.e. τύφλωσιν ἑλκώδη (ulcerosa cæcitate afficere). Præcipue pronominibus hunc in modum uti solenne est poetis

e.g.

Synt. ling. Gr. 5.

45

e. g. ἡδὺ γελᾶν (dulce ridere) pro ἡδὺν γέλωτα γελᾶν. πάντα νικᾶν i. e. πᾶσαν νίκην νικᾶν. τόδ᾽ ἐπάνεις pro: τήνδε ἴξιν ἐπάνεις. τάδε μαίνεται etc.

β) adverbiale supplementum ejusdem objecti e. g. ἄχθομαι ἄχθος ἐξ ἕλκος (quasi dicas: gemere vulnus) μάχην νικῆσαι (prælio vincere). Huc referenda sunt verba:

αα) diem festum celebrare, ad quæ nomen festi in Accusativo ponitur. e. g. θύειν γάμους (celebrare nuptias), δαίνυσθαι ὑμεναίους (canam nuptialem obire).

ββ) persuadere, monere, cogere e. g. πείθειν, προκαλεῖσθαι τινά τι. Confer Latinum illud: Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames!

Ita fit, ut non solum multa verba intransitiva sed etiam adjectiva nanciscantur objectum in Accusativo ad accuratius definiendam generalem actionis vel qualitatis notionem, veluti

a) Verba sensuum recipiunt Accusativum rei, qua animi affectio continetur e. g. χαίρειν τὸν εὖ πράσσοντα (id lætari, quod quis secunda fortuna utatur), οἰκτείρειν δύστηνον (misereri infelicem) ὠδίνειν συμφοράν (dolere casum).

b) vincere, inferiorem discedere Accusativo nominis, quo certamen designatur, junguntur e. g. νικᾶν Ὀλύμπια, γνώμην, δίκην (vincere Olympia, sententiam, causam). s. i. e. efficere ut sententia nostra valeat.

c) simili modo adjectiva: peritus, gnarus etc. Accusativum nominis, quo ars vel præstantia significatur, pro objecto habere possunt e. g. ἀγαθὸς v δεινὸς v θαυμαστὸς τέχνην τινά (artis alicujus mirifice peritus).

d) verba quæ conditionem, statum designant, nomen partis, in qua conditio se exserit, vel ipsius conditionis in Accusativo positum adsciscunt e. g. ἀνὴρ νοσῶν κῶλον (vir ægrotans crure). κάμνειν τοὺς ὀφθαλμούς (laborare ex oculis). τὰς φρένας ὑγιαίνειν (mente sanum esse).

e) adjectiva ejusdem significationis e. g. πόδας ὠκύς (velox pedibus).

Huc referas multos Accusativos adverbialiter ~~positos~~ poni solitos e. g. ὄνομα nomine, ἀρχὴν initio, εὖρος, ὕψος, μέγεθος in latitudinem, in altitudinem, γένος genere, πρόφασιν specie, μέρος ex parte, partim etc.

Accus.

Accusativus dimensionis. Adverba, quæ motum vel quietem designant, spatium apud poetas in Accusativo ponitur e.g. πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα (unde navigatis humida via?); ὁ τρίποδα καθίζων Φοῖβος (tripodi insidens Phœbus). – Huc referas adverbia: πολλὰ ὀλίγον ἴσον μικρά etc.
Accusativus dimensionis ad tempus translatus respondet, ut in Latino sermone, ad interrogationem: quamdiu? e.g. ἐμάχοντο δέκα ἐνιαυτούς (10 annos).

VIII d. 19 Martii 1861 a.

Praepositiones

Quas relationes, inter objectum et actionem intercedentes, casus obliqui in universum designant, eae propositionum ope accuratius definiuntur.

a) praepositiones, quæ regunt Genitivum.
ἀντί, ἀπό, ἐξ, πρό, ἄνευ.

1.) ἀντί notionibus mutationis et compensationis exprimendis inservit v. g. ξένος ἐστὶν ἀντὶ ἀδελφοῦ hospes est loco (instar) fratris.
Fgość stanik za brata – Nota. Primaria (?) significatio adversus, contra in alias præpositiones est translata:
Ex regione vis-a-vis – ἄντα, ἀντία, ἐναντίον, ἀντικρύς.

2. Πρό ante (de loco et tempore) πρὸ πυλῶν ante portas, πρὸ ἡμέρας ante lucem; – de praestantia et excellentia κέρδος πρὸ δίκης αἰνεῖσθαι lucrum præ justitia laudare; κάλλιον πρὸ τοῦ φεύγειν pulchrius est quam fugere; – de praesidio e.g. μάχεσθαι πρὸ παίδων pugnare pro liberis; denique respondet Latinorum porro vel prae, e.g.
præ manibus habere = mieć co przed sobą, zajmować się czem – occupari in aliquare –
πρὸ χειρῶν præ manibus, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ex alia in aliam terram agitari.

3. ἀπό a, ab, Metaphorice significat:
a) aberrationem e.g. ἀπὸ γνώμης, δόξης, ἀπ' ἐλπίδων præter opinionem, spem etc.
b) originem et conditionem e.g. γίγνεσθαι καλεῖσθαι ἀπό τινος –
οἱ ἀπὸ σκηνῆς histriones, οἱ ἀπὸ βουλῆς consiliarii.
c) delectum, materiam, instrumentum e.g. ζῆν ἀπὸ λείας prædando vitam sustentare – πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο zabił ze srebrnego łuku i. e. sagitta ex argenteo arcu missa.

d) denique adhibetur ad significandam
rem ex qua alia pendet vel in qua ni-
titur e.g. ἀπὸ κυάμων καθίστασθαι ἄρχον-
τας fabarum suffragiis creare archontes
ἀπο ὀμμάτιον specie

4. ἐξ ex.
α) de spatio (ex, extra) e.g. ἐκ βελέων
extra telorum jactum; ἐκ τοῦ ποδὸς κρέμασθαι
ex pede suspendere.
β) de tempore significat initium et con-
secutionem e.g. ἐξ ἕω cum prima luce,
ἐκ παίδων a pueris, ἐξ οὗ ex quo.
γ) metaphorice significat causam et
auctorem e.g. γίγνεσθαι ἔκ τινος, ἀπολέσθαι
ἔκ τινος (perire alicujus causa), ἐξ οὐδενὸς
λόγου nulla de causa, deinde mate-
riam e.g. νίζεσθαι ἐκ ποταμοῦ lavari a-
qua ex flumine hausta, denique con-
ditionis consecutionem et perpe-
tuitatem e.g. ἐκ πένητος πλούσιος γέγονε
(ex paupere factus est dives), ἐξ ἀπροσδο-
κήτου inexpectato.

5. ἄνευ sine e.g. ἄνευ θεῶν sine diis.

b) Praepositiones, quae regunt Dativum.

ἐν, σύν.

1. ἐν congruit cum Latinorum praepositio-
ne in, nisi quod inservit instrumento
et respectui ad alicujus judicium signi-
ficando e.g. ἐν τόξοις ἀγωνίζεσθαι (arcu ar-
matum pugnare), ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν (oculis
videre), σὺ ἐν ἐκείνῳ φαίνῃ κακός (illius ju-
dicio videris esse malus). Denique ope prae-
positionis coram interdum est verten-
dum: ἐν πᾶσι coram omnibus.

2 σύν (ξύν) ut Latinorum cum a socie-
tatis et conjunctionis notione ad modum
et conditionem designandam transfer-
tur, e.g. σὺν τάχει, σὺν βίᾳ ποιεῖν (adhibita
celeritate, vi aliquid facere, e.g. σὺν τῷ σῷ
ἀγαθῷ ἢ σὺν τῇ σῇ ζημίᾳ τὰς τιμωρίας ἐποι-
ήσω; (cum commodo tuo an cum detri-
mento).

c) Praepositiones, quæ regunt Accusativum.

εἰς, ἀνά, ὡς.

1. εἰς paulo latius patet quam Latinum **in** cum Accusativo. Ac vero non solum **finem** vel **consilium** et **consecutionem** vel **effectum** sed etiam **relationem** significat, e.g. εἰπεῖν εἰς ἀγαθόν (powiedzieć na dobre), – ᾖδον πᾶσαι εἰς ἓν μέλος (Ita omnes cantarunt, ut inde unus concentus existeret – Wszystkie śpiewały na jedną melodyę), – διαφέρειν τινὸς εἰς ἀρετήν (differre ab aliquo virtute (virtutis ratione habita).

2. ἀνά sursum vulgo vertitur ope præpositionum **in, per**, quum agitur de loci vel **temporis spatio**, quod actio explet, e.g. ἀνὰ πεδίον per campum, ἀνὰ πᾶσαν τὴν ἡμέραν per totum diem. Unde oritur notio **mensurae** et **distributionis** e.g. ἀνὰ κράτος (quantæ sunt vires), ἀνὰ μέρος per partes, ἀνὰ πέντε quini.

ὡς nisi quum agit(ur) de motu ad personam

d) Praepositiones, quæ regunt Genitivum et Accusativum.

διά, κατά, μετά, ὑπέρ.

1. κατά α) cum Genitivo:
   a) **deorsum, de** e.g. ἔρριπτον ἑαυτοὺς κατὰ τοῦ τείχους dejecerunt se de muro.
   b) **in, adversus, contra** e.g. ψεύδεσθαι κατὰ τοῦ θεοῦ – ἔπαινος κατά τινος.

   β) cum Accusativo:

κατά cum Accusativo oppositum est præpositioni ἀνά e.g. πλεῖν κατὰ τὸν ποταμόν (secundo flumine navigare), tum significat **scopum** e.g. πλεῖν κατὰ λῃίην (prædatum navigare), βάλλειν κατὰ γαστέρα (in ventrem ictus dirigere). Quum nostra nihil interest, qua actio tendat, accuratius designare, κατά easdem significationes, atque ἀνά, induit, sive de tempore agitur sive de spatio, e.g. κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν terra marique, κατὰ τὴν εἰρήνην pace durante, τοὺς καθ᾽ ἑαυτοὺς ἀνθρώπους (homines suæ ætatis). Sæpissime vero usurpatur ad **mensuram** vel rerum **relationes** indicandas e.g. κατὰ φύσιν secundum naturam, οἱ καθ᾽ ἡμᾶς homines nostræ conditionis vel ingenii, κατὰ λόγον pro ratione, καθ᾽ ὅσον quatenus, κατὰ πάντα τετρύχωνται omnibus viribus exhausti sunt. Huc adde **distributivum** usum, e.g. κατὰ τρεῖς terni, κατὰ κώμας vicatim, καθ᾽ ἡμέραν quotidie etc.

2. διά per – cum Genitivo
a) significat, actionem motus non solum spatium aliquod emetiri, sed etiam ex eo excedere e.g. τὸ ἔγχος ἦλθε διὰ θώρακος (hasta transfixit thoracem).
excedere fines v excedere finibus
b) deinde denotat motum spatii alicujus finibus contineri, e.g. διὰ πολεμίας πορεύεσθαι (per terras hostium iter facere). De tempore: διὰ νυκτός noctu.
c) denique ubi de auctore, praesidio, materia agitur, e.g. δι᾽ ἑαυτοῦ per se, δι᾽ ἀγγέλων λέγειν per nuntios dicere, δι᾽ ὀφθαλμῶν ὁρᾶν.
F proprio marte
– cum Accusativo
saepissime de via et ratione tum causa, e.g. νικῆσαι δι᾽ Ἀθήνην Minervae auxilio vincere, διὰ τοῦτο propterea, δι᾽ ὅ quapropter.

№ IX. d. 16 Aprilis 1861 a.

μετά cum Genitivo – de societate et communione (cum) e.g. μετὰ δμώων πῖνε καὶ ἤσθιε (cum servis edebat et bibebat).
μετά etiam Dativo jungitur, sed nisi apud poetas.
– cum Accusativo: a) inter e.g. δίσσων ὡσ᾽ αἰγυπιὸς μετὰ χῆνας (ut vultur inter anseres); μεθ᾽ ἡμέρας interdiu
b) post e.g. μετὰ ταῦτα postea. Ex hac posteriori notione oriuntur duae significationes:
a a) denotat finem et propositum actionis e.g. πλεῖν μετὰ χαλκόν navigare ad aes apportandum,
b b) normam αἶψα μεταστρέψειε νόον μετὰ σὸν καὶ ἐμὸν κῆρ mutaverit animum ad meam et tuam voluntatem (polonice: po mojéj myśli).

ὑπέρ cum Genitivo supra, trans, ultra e.g. ὑπὲρ κεφαλῆς στῆναι stare super caput; – pro, causa, ubi de cura, defensione etc. cogitatur e.g. δεδιέναι ὑπέρ τινος timere alicui, θύειν ὑπὲρ τῆς πόλεως sacra facere pro republica; denique cum Genitivo Infinitivi finem vel consilium denotat e.g. ὑπὲρ τοῦ μὴ θανεῖν ne moriatur.
– cum Accusativo ultra, praeter i.e. contra (oppositum τῷ κατά) e.g. ὑπὲρ μόρον praeter fatum. Si aliquem superamus, de quo habemus, in eum peccamus.

c) Praepositiones quae regunt Genitivum, Dativum et Accusativum:

ἀμφί, ἐπί, παρά, περί, πρός, ὑπό.

1. ἀμφί (circa) cum Genitivo

a) de motu ex propinquitate vel ex re aliqua
z pomiędzy
e.g. ξίφη σπάσαντες ἀμφὶ πορφυρέων πέπλων
wyciągnąwszy miecze z pochwy purpurowej
b) de vicinitate e.g. οἱ ἀμφὶ ταύτης τῆς πόλεως οἰκοῦντες. circa urbem habitantes & accolae urbis.

c) metaphorice de causa vel argumento ita ut idem valeat ac περί e.g. μάχεσθαι ἀμφὶ πίδακος de fontis possessione pugnare, ἀμφὶ φιλότητος ἀείδειν de amore canere.

– cum Dativo a) de re ambiente e.g. ἀμφὶ κλάδοις ἕζεσθαι in mediis frondibus sedere,
między gałęziami siedzieć
b) de re aliis rebus circumdata e.g. τελαμὼν ἀμφὶ στήθεσσιν balteus pectori circumdatus,

c) metaphorice – propter, causa. e.g. ἀμφὶ γυναικὶ ἄλγεα πάσχειν (propter mulierem mala perpeti), ἀμφὶ τάρβει prae pavore

F. ut apud nostrates: przy kobiecie wiele ucierpiał – i.e. tua causa – o około dzieci wielem ucierpiał – i.e. eorum causa –

– cum Accusativo (propter, circa, sub):

a) de re ambiente si dicitur, significat

aa) motum e.g. ἀμφί τινος γόνυ πιτνεῖν (ad genua prolabi eaque amplecti)

bb) quietem. ἀμφὶ ῥέεθρα circum flumina,

b) de re circumdata si dicitur, significat:

aa) motum e.g. ἀμφὶ ψάμμαθον ἐκβεβλῆσθαι in arenam ejici (et ita quidem ut res ejecta arena circumdetur)

bb) de quiete e.g. ἀμφί τε ἄστυ ἔρδομεν ἱρὰ θεοῖσιν (per urbem operati sumus sacris),

c) de tempore e.g. ἀμφὶ δείλην sub vesperum,

d) metaphorice e.g. ἔχειν ἀμφί τι occupatum esse in aliqua re.

2. ἐπί cum Genitivo:

a) si quaeritur ubi? (in, super, prope, ante) e.g. ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι equis vehi.

b) de motu versus aliquem locum e.g. πλεῖν ἐπὶ Σάμου navigare versus Samum.

c) de tempore, ad interrogationem quando? e.g. ἐπὶ Κροίσου tempore Cyri.

– cum Dativo I) apud, prope, juxta:

a) de spatio e.g. οἰκοῦντες ἐπὶ Στρυμόνι,

b) de tempore e.g. ἐπ' ἤματι τῷδε,

c) de rebus circumstantibus e.g. ἐπ' ἔργῳ (in opere),

d) de personis penes quas aliquid est- e.g. ἐφ' ἡμῖν ἐστι penes nos est,
e) de causa et conditione e.g. ἐπὶ δίκῃ ob judicium, ἐπὶ τούτοις his conditionibus.
II) ad, insuper- accessionem significat- ἐσθίειν ἐπὶ τῷ σίτῳ ὄψον.
III) Consilium denotat e.g. ἐπὶ κακῷ τοῦ ἀνθρώπου σίδηρος ἀνεύρηται in perniciem hominum inventum est ferrum.
- cum Accusativo I) de motu in locum:
a) de spatio e.g. ἀναβαίνειν ἐφ' ἵππον.
b) de tempore (in) e.g. ἐπὶ γῆρας ad senectutem
c) de scopo et consilio e.g. ἐφ' ὕδωρ ἰέναι aquatum ire.
II) de quiete a) in spatio e.g. ἐπὶ δεξιὰ κεῖσθαι a dextra jacere,
b) de tempore, quod actio aliqua explet e.g. ἐπὶ χρόνον per aliquod tempus,
c) denique significat mensuram e.g. ἐπὶ δύο στάδια duo stadia latus - et normam e.g. ἐπὶ σταθμήν ad amussim.
3) παρά* cum Genitivo denotat motum ex propinquitate alicujus personae post verba ἐλθεῖν, λαβεῖν, μαθεῖν, παρά τινος (ab aliquo). Quapropter ponitur etiam ad verba passiva, praesertim quae significant dare et accipere, e.g. ἡ ἀγγελίη ἥκει παρὰ βασιλέως. legatio venit a rege
- cum Dativo apud, juxta significat e.g. ἔστη παρα τῷ βασιλεῖ. stabat juxta regem
- cum Accusativo a) de loco:
aa) juxta παρὰ ποταμόν.
bb) ad e.g. ἦγον παρὰ Καμβύσεα.
cc) praeter e.g. παρὰ ~~τὴν~~ τὴν Βαβυλῶνα παριέναι; praetergredi Babylonem
b) de tempore (per, inter) παρὰ τὸν πόλεμον bello durante, παρὰ πότον inter bibendum.
c) inservit comparationi e.g. παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα ὥσπερ θεοὶ οἱ ἄνθρωποι βιοτεύουσι homines si cum reliquis animalibus comparantur tanquam dii vivunt.
d) praeter i.e. contra e.g. παρὰ δόξαν praeter opinionem - παρὰ μέλος praeter numeros- fałszywie śpiewać

*Gallice De chez

e) consecutionem denique et vicissitudinem denotat. e.g. ἡμέρα παρ' ἡμέραν alius ex alio dies.

4. περί (circa) cum Genitivo metaphorica fere tantum significatione jungitur. Ac vero significat:

a) praestantiam e.g. κρατερὸς περὶ πάντων ἐστ' ἀνθρώπων prae omnibus hominibus fortitudine excellit

b) praesidium, vicem e.g. μάχεσθαι περί τινος pugnare pro aliquo

c) praemium e.g. θεῖν περὶ τρίποδος de tripode cursu certare.

d) argumentum et causam e.g. διαλέγεσθαι περί τινος

– cum Dativo junctum easdem fere, quas modo proposuimus, significationes induit, e.g. μάχεσθαι, δεδιέναι περί τινι.

– cum Accusativo a) de spatio significat circa, apud, ad sive de motu sive de quiete agitur e.g. περὶ φρένας ἤλυθ' ἰωή (ad mentem vox accessit), ἑστάμεναι περὶ τοῖχον (ad parietem);

b) de tempore περὶ τούτους τοὺς χρόνους (circa);

c) de mensura περὶ τοὺς μυρίους circa decem millia

d) de personis quae sunt cum aliquo e.g. οἱ περὶ Πλάτωνα assectatores Platonis tum etiam Plato solus.

asseela poplecznik

X. d. 23 Aprilis 1861.

5. πρός cum Genitivo ad versus e.g. ποτὶ πτόλιος πέτετ' αἰεί.

ποτί e praepositio Dorica pro πρός ad πόλις poët. urbs. πέτομαι volare.

Saepissime de personis et rebus circumstantibus e.g. ἄδικον πρὸς θεῶν καὶ ἀνθρώπων. injustum coram diis et hominibus. Aliquem significat: a) studium in aliquem e.g. πρός τινος εἶναι a partibus alicujus stare. b) originem et qualitatem e.g. πρὸς δίκης ἐστιν.

c) idem fere ac praepositio ὑπό ad verba passiva et intransitiva e.g. τιμὴν ἔχειν πρὸς Ζηνός = τιμᾶσθαι πρὸς Ζηνός.

Denique usurpatur in formulis juran-
di ut Latinorum **per** e.g. ὀμνύναι,
ἐπιορκεῖν, μαρτυρεῖν πρὸς θεῶν.
– cum **Dativo** plerumque significat
accessionem (præter), e.g. πρὸς τούτοις
(insuper v præter hæc)
– cum **Accusativo** I/ significat **motum**
ad, versus rem aliquam:
a) de **spatio** e.g. ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον.
b) de **tempore** πρὸς ἡμέραν;
c) de **personis** e.g. μάχεσθαι πρὸς Τρῶας (contra)
λέγειν πρὸς τινα (dicere alicui);
d) de **consilio** τῷ χρυσῷ καταχρῶνται πρὸς
κόσμον
e) de **effectu** e.g. πρὸς βίαιον per vim.
II) si quæritur **ubi**? significat **ad juxta**
e.g. ποτὶ σκόλοπας ἔστι τεῖχος Ἀχαιῶν.
Hinc **metaphorice**: a) **inter**, ad de re-
bus quæ simul sunt e.g. πρὸς τὴν σελήνην
luna lucente b) **pro, secundum** de ra-
tione et proportione e.g. πρὸς τὰς τύχας
γὰρ φρένας κεκτήμεθα (ex eventa pru-
dentia vel imprudentia nobis adscribit).
Tum in comparatione e.g. οἱ κακοὶ πρὸς
τοὺς ἀγαθοὺς (mali cum bonis comparati)
6) ὑπό sub cum **Genitivo** a) respondet
Polonorum spod e.g. ὑπὸ χθονὸς ἧκε
φόωσδε (spod ziemi wyszedł na światło)
b) si quæritur **ubi**? e.g. ὑπὸ τῆς γῆς sub terra.
Metaphorice significat vim, cui
aliquid est obnoxium, et proinde, ut
Latinorum **a, ab**, ponitur ad verba
passiva et intransitiva ad causam
efficientem significandam e.g. θανεῖν
ὑπό τινος (mori ab aliquo). Tum denotat
a) res quæ fiunt, dum aliud quid agitur
e.g. ὑπ' αὐλοῦ χορεύειν (ad sonum tibiæ saltare)
b) **adjumentum** e.g. ὑφ' ὅρκου τινὰ πιστοῦ-
σθαι (fidem alicujus jurejurando obstringere).
– cum **Dativo** easdem fere relationes
indicat, ita tamen ut res altera alte-

ram

ram attingere ex eaque pendere sed una esse cogitentur e. g. ὑπὸ Τμώλῳ (ad radices Tmoli), γίγνεσθαι ὑπό τινος (alicui subditum esse), ὑπ' αὐλῷ (ad tibiae cantum). Ceterum multo rarius, quam cum Genitivo, usurpatur

— cum Accusativo I) significat motum in locum (sub) e. g. ὑπὸ τεῖχος (sub murum), de tempore e. g. ὑπὸ νύκτα sub noctem, de personis et rebus quae comitantur actionem e. g. ὑπὸ χεῖρα ποιεῖν v. ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι suo imperio subjicere

De die aliquid facere
pod wieczór, co robić

II) si quaeritur ubi? a) de loco e. g. τὰ ὑπὸ τὴν ἄρκτον ἀοίκητα δοκεῖ εἶναι (loca, quae vergunt ad septentriones, incoli non posse videntur), b) de tempore e. g. ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα (superiore nocte, poprzedzającej nocy), c) de personis et rebus, quae actionem comitantur e. g. ἦν ὑπὸ βασιλῆα δασμοφόρος (erat stipendiarius regis).

De Infinitivo

a) Infinitivus sine articulo.

1) Infinitivus sine articulo primo explet vicem subjecti e. g. οὐ ῥᾴδιον βασιλεύειν. difficile e regnare.

2) Tum, Accusativi locum tenens, inservit consecutioni, consilio, fini, rei effectae, efficiendae, aliis id genus notionibus exprimendis, ad haec fere verba et adjectiva:

a) ad verba voluntatis: velle, cupere, desiderare, audere, petere, imperare, consilium dare, pati (ἐᾶν), timere, cunctari, arcere

b) ad verba cogitandi, sentiendi, declarandi: credere, putare, sperare, videri, discere, dicere, negare etc.

c) ad verba: posse, valere, efficere,
d) ad multa alia verba et adjectiva, rei accuratius definiendæ causa e.g.
Βούλομαι, μέλλω γράφειν.
Ἐπιθυμῶ πορεύεσθαι
Τολμῶ ὑπομένειν τὸν κίνδυνον.
Παραινῶ σοι γράφειν.
Ὁ στρατηγὸς ἔπειλε τοὺς στρατιώτας ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις.
Κωλύω σε ταῦτα ποιεῖν. Impedio
Φοβοῦμαι διελέγχειν σε.
Ἐλπίζω εὐτυχήσειν.
Ἡ πόλις ἐκινδύνευσε πᾶσα διαφθαρῆναι

Λέγω εἰδέναι ταυτα.
Δύναμαι ποιεῖν ταῦτα.
Ποιῶ σε γελᾶν.
Ἥκομεν μανθάνειν.

Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus cum Infinitivo.

1. Pleraque verba, modo commemorata, præter Infinitivum, aliud etiam objectum, personam denotans, adsciscere possunt e.g. ἡγοῦμαί σε ἁμαρτεῖν (puto, te errasse). Hoc posterius objectum ponitur in casu, quem verbum finitum requirit e.g. δέομαί σου ἐλθεῖν (rogo, ut venias), συμβουλεύω σοι σωφρονεῖν (suadeo tibi, ut modestia utaris), ἐποτρύνω σε μάχεσθαι (exhortor te, ut pugnes.
2. Si subjectum verborum sentiendi, declarandi, quæ Accusativum requirant, locum objecti eorundem verborum tenet, tum omittitur e.g. οἴομαι (οἴει οἴεται etc.) ἁμαρτεῖν credo me errasse etc. (loco: οἴομαι ἐμαυτὸν ἁμαρτεῖν ut fert usus Latini sermonis).
3. Adjectiva et substantiva, prædicato accuratius definiendo inservientia, et ipsa ponuntur in eo casu, quem regit verbum primarium, sin objectum verbo-

rum

rum sentiendi et declarandi congruit cum subjecto eorum, Nominativo et ipsa efferuntur e. g.

Ὁ στρατηγὸς ἔφη πρόθυμος εἶναι

Δέομαί σου προθύμου εἶναι wymagam od ciebie abyś był odważnym

Συμβουλεύω σοι προθύμῳ εἶναι radzę ci abyś był odważny

Ἐποτρύνω σε πρόθυμον εἶναι zachęcam cię

Ἔφη σε εὐδαίμονα εἶναι.

XI. 7. Maji 1861. a.

b) Infinitivus cum articulo praepositivo.

Infinitivus, articulo junctus, substantivi neutrius generis munere fungitur, et omnibus relationibus, quae casibus denotantur, exprimendis est idoneus, ita tamen ut verbi naturam - temporum puta varietates et rectionem - nequaquam exuat, e. g. τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον (conservare bona difficilius e, quam acquirere). Subjectum et attributa, ad Infinitivum, sive is subjecti sive objecti vices sustinet, referenda, ponuntur in Accusativo. Subjectum Infinitivi, cum subjecto verbi finiti congruens, omittitur, et attributa ejus, per attractionem, ad subjectum primarium relata, Nominativo efferuntur. Infinitivus articulo junctus saepenumero ope totius enunciationis, particulis quum, quia, ut etc. annectendae, reddatur est necesse.

Peccare, quum homo sis, nihil ℥ arbitror mirabile. Clearchus ægre se subtraxit quominus lapidibus obrueret.

Τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας οὐδὲν οἶμαι θαυμαστὸν ἐστιν. Κλέαρχος μικρὸν ἐξέφυγε τοῦ καταπετρωθῆναι. Σωκράτης παρεκάλει τοὺς ἀνθρώπους ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ὡς φρονιμωτάτους εἶναι καὶ ὠφελιμωτάτους. Κῦρος διὰ τὸ φιλομαθὴς εἶναι πολλὰ τοὺς παρόντας ἀνηρώτα. Οἱ ἄνθρωποι πάντα μηχανῶνται ἐπὶ τῷ εὐτυχεῖν. Τοῦ vel τοῦ μὴ cum Infinitivo saepissime consilium et

finem

51

finem denotat e. g. Δύναμιν παρασκευαζόμεθα τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι. Comparamus nobis potentiam eo consilio ne injurias perferamus

De Participio.

Participia Græca triplici vi adhiberi possunt.

a) aut enim substantivorum attributum efficiunt v. g. τὸ θάλλον ῥόδον v τὸ ῥόδον τὸ θάλλον (rosa florens).

b) aut adverbii loco actionem accuratius definiunt v. g. Κῦρος γελῶν εἶπεν.

Nostrates ponunt participium ǫroblive in ać.

c) aut denique verborum supplementum efficiunt, ita ut Accusativi cum Infinitivo vel particulæ quod munere fungi videantur, e. g. χαίρω τὸν φίλον ὀφελῶν (lætor me amico prodesse).

Nota. Primum illum participii usum nullas difficultates exhibentem silentio prætermittimus.

A. Participium verborum supplementum efficiens.

Sequentia fere verba participia supplementi loco recipiunt:

a) verba sentiendi: audire, videre, animadvertere, scire, perspicere, experiri, reminisci, oblivisci;

b) verba declarandi: ostendere, apparere, videri, manifestum esse;

c) verba affectuum: lætari, contentum esse, ægre ferre, pudet, pœnitet.

d) Permittere, perferre, perseverare, defatisci (negligere, nat. committere ut; περιορᾶν, ἀνέχεσθαι, tolerare – καρτερεῖν, flagrare κάμνειν etc. sed ἐᾶν semper cum Infinit.);

e) Incipere, desinere, finem imponere, omittere, remittere;

f) Excellere, inferiorem esse, delinquere, frui, scatere.

Participium congruit casu cum objecto verbi finiti. Quodsi participium refertur ad idem subjectum, quod in verbo finito latet, Nominativo casu ponitur e.g.

Ὁρῶ τὸν ἄνθρωπον τρέχοντα. Video hominem currentem

Οἶδα ἄνθρωπον θνητὸν ὄντα. Scio hominem esse mortalem

Οἶδα θνητὸς ὤν scio me esse mortalem

Οἶδα θνητὸς ὤν.
Ἀκούω αὐτοῦ λέγοντος
Οἱ Ἀθηναῖοι ἐφαίνοντο ὑπεραχθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει.
Οἱ θεοὶ χαίρουσι τιμώμενοι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.

Χαίρω σοι ἐλθόντι. Gaudeo quod veni[illegible]
Οἱ πολῖται περιεῖδον τὴν γῆν ὑπὸ τῶν πολεμίων τμηθεῖσαν.
Παύω σε ἀδικοῦντα.
Παύομαι σε ἀδικῶν.
Ἄρχομαι λέγων.
Εὖ ἐποίησας ἀφικόμενος.
Ἁμαρτάνεις ταῦτα ποιῶν.
Πλήρης εἰμὶ ταῦτα θεώμενος.

σύνοιδα conscius mihi sum alicujus rei.

Nota. Penes verba σύνοιδα, συγγιγνώσκω Participium vel cum subjecto verbi, vel cum reflexivo pronomine congruit, et proinde vel Nominativo vel Dativo casu effertur e.g. σύνοιδα ἐμαυτῷ εὖ ποιήσαντι vel σύνοιδα ἐμαυτῷ εὖ ποιήσας (conscius mihi sum me bene fecisse). At, si objectum verbi non congruit cum subjecto, tum una cum Participio ponitur in Dativo vel etiam in Accusativo e.g. σύνοιδα σοι εὖ ποιήσαντι vel σύνοιδα σε εὖ ποιήσαντα.

Nota. Quæ verba supra enumeravimus, eorum nonnulla variam significationem induunt, prout Participio vel Infinitivo junguntur:

a) Ἀκούειν. Ἀκούω σου διαλεγομένου (tuos sermones auribus meis percipio).
Astg. Ἀστυάγης ἤκουε (ex aliis audiverat) τὸν Κῦρον καλὸν κἀγαθὸν εἶναι

b) Εἰδέναι, ἐπίστασθαι. Οἶδα θεοὺς σεβόμενος (scio, me Deum colere).
Οἶδα θεοὺς σέβεσθαι (scio deos colere).

c) Γιγνώσκω. Γιγνώσκω ἀγαθοὺς ὄντας τοῖς στρατιώταις τοὺς ἀγῶνας (perspicio, video, ludos bellicos utiles esse militibus).
Γιγνώσκω τοὺς ἀγῶνας τοῖς στρατιώταις ἀγαθοὺς εἶναι (existimo, ludos ~~b~~ bellicos militibus utiles esse).

d) Μεμνῆσθαι. Μέμνηται εὖ ποιήσας τους πολίτας (recordatus, se beneficiis cives affecisse). Μέμνηται εὖ ποιῆσαι τοὺς πολίτας (studet, vult beneficiis cives afficere).

e) Φαίνεσθαι. Ἐφαίνετο κλαίων (apparebat, eum lacrimare). Ἐφαίνετο κλαίειν (videbatur lacrimare)

f) Ἀγγέλλειν. Ὁ Ἀσσύριος εἰς τὴν χώραν ἐμβάλλων ἀγγέλλεται (de incursione reipsa facta). Ὁ Ἀσσύριος εἰς τὴν χώραν ἐμβάλλειν ἀγγέλλεται (num reipsa fecerit incursionem, incertum est).

g) Ἀποφαίνειν, Δεικνύναι. Ἔδειξά σε ἀδικήσαντα (probavi, te injuriam admisisse). Ἡ βουλὴ Αἰσχίνην προδότην εἶναι ὑμῖν ἀπέφαινεν (docuit, Aeschinem proditorem esse).—

XII d. 14 Maji 1861.

h) Ποιεῖν. Ποιῶ σε γελῶντα facio te ridere i. e. fingo. Ποιῶ σε γελᾶν efficio, ut rideas.

i) Αἰσχύνεσθαι et αἰδεῖσθαι. Αἰσχύνομαι κακὰ ποιῶν τὸν φίλον pudet me, quod amicum malis afficio. Αἰσχύνομαι κακὰ ποιεῖν τὸν φίλον pudore impedior, quominus amicum malis afficiam.

k) Ἄρχεσθαι. Ἤρξαντο τὰ τείχη οἰκοδομοῦντες inceperunt muros aedificare. Ἤρξαντο οἰκοδομεῖν in eo erat ut aedificarent.

Nota: Locutiones, δῆλόν ἐστι perspicuum est, — φανερόν ἐστι manifestum est, ~~est~~ φαίνεται apparet, ~~..~~ vulgo ita ponuntur, ut una cum subjecto participiis accommodentur e. g. ~~A~~ δῆλός εἰμί, φανερός εἰμι, φαίνομαι τοὺς φίλους εὖ ποιήσας.

Denique participium supplementi locum tenet ad verba: τυγχάνω fortuito sum, accido, λανθάνω lateo, διατελῶ, διαγίγνομαι, διάγω in intermitto, persevero, φθάνω anteverto, praecedam.

οἴχομαι abire. Quæ verba in interpretatione latina plerumque adverbiis reddi solent, adjuncta autem illis participia in verbum finitum mutant, e. g. ὡς δὲ ἦλθον, ἔτυχεν ἀπιών (ut venerunt, forte discessit). - Διάγω, διατελῶ, διαγίγνομαι καλὰ ποιῶν (semper recte facio). - Ὤιχοντο ἀποπλέοντες (celeriter navi discesserunt). - Κροῖσος φονέα τοῦ παιδὸς ἐλάνθανε βόσκων (Crœsus percussorem filii inscius nutrivit). - Ἔφθην ἀφελών (paulo ante abstuli).

B. Participium, adverbiale prædicati attributum efficiens.

Participia easdem, quæ adverbiis exprimuntur relationes, veluti: temporis, causæ, consilii, conditionis, modi, denotare possunt.

Ut in Latino sermone, ita etiam in Græco duplex est participiorum constructio: **Participium conjunctum** et **Genitivus absolutus**, qui respondet Latinorum Ablativo absoluto.

a) **Conjunctum** appellatur participium ortum ex enunciatione secundaria, cujus subjectum est subjectum vel objectum enunciationis primariæ.

b) **Genitivus absolutus** tum adhibetur, quum enunciatio secundaria, in participium contrahenda, suum subjectum habet, quod neque subjecti neque objecti vice in enunciatione primaria fungitur, e. g. Πολλοὶ τὰ χρήματα ἀναλώσαντες, ὧν πρόσθεν ἀπείχοντο κερδῶν, αἰσχρὰ νομίζοντες εἶναι, τούτων οὐκ ἀπέχονται (Multi re familiari dissipata, quibus

antea abstinuerunt quaestibus, turpes eos habentes, iis non amplius abstinent.
Τοῦ ἔαρος (ver) ἐλθόντος, τὰ ἄνθη (rosa) θάλλει (floret). Vere-
~~Ληιζο~~ Ληιζόμενοι ζῶσιν rapta vivunt.
Ἀδύνατον πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον πάντα ~~καλὰς~~ καλῶς ποιεῖν. Fieri n. potest, ut qui multas res aggredi.
Participii accuratius definiendi causa adduntur ei interdum particulae: μεταξύ (interim), ἅμα (simul), καί, καίπερ (quamvis) etc.
Loco Genitivi absoluti ponitur interdum etiam Accusativus participii, sed non nisi a verbis impersonalibus profecti e.g. ἐξόν* quum liceat (ab ἔξεστι), e.g. Ἀδελφοκτόνος, οὐδὲν δέον (quum fas non esset, fieri non deberet)F γέγονα.- Δόξαν αὐτοῖς (quum eis visum sit, esset), δοκοῦν (quum videatur, videretur) ἀναχωρεῖν; προσῆκον quum deceat, deceret. Huc referendi Accusativi participiorum vocis passivae: δεδογμένον quum decretum sit, esset; εἰρημένον quum dictum sit, esset. Denique adjectiva cum participio ὄν e.g. δῆλον ὄν quum manifestum sit, esset, αἰσχρὸν ὄν quum turpe sit, esset etc.

Est accusativus mansione translate sumtus.

~~*ab ἔξεστι part. praes.~~

F factus sum fratricida-

Nota. Participiis conjunctis aeque ac casibus absoluti particula ὡς addi solet, quum id, quod participio significatur, non re ipsa, sed opinione loquentis vel agentis niti ponitur. Contra particula ἅτε adjicitur, quum causa ipsius rei naturae inhaerere cogitatur, e.g. Ἀγανακτοῦσι, ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι (quasi dicerent: ἠγούμενοι ~~εα~~ μεγάλα τινὰ ἀποστερῆσθαι).- Οἱ πολέμιοι ἅτε ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες ἀνδράποδα πολλὰ ἔλαβον.- Ὁ στρατηγὸς παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις παρασκευάζεσθαι ὡς μάχης ἐσομένης (i.e. νομίζων μάχην ἔσεσθαι.- Ἅτε πυκνοῦ ὄντος τοῦ ἄλσους, οὐχ ἑώρων οἱ ἐντὸς τοὺς ἐκτός.

Oburzają się, jak gdyby wielką jaką stratę ponieśli.

Nieprzyjaciele ponieważ wpadli nagle, wielu pojmali niewoli.

Dux imperavit militibus ut ~~caveant~~ przygotowali quod ~~be~~ ~~pugnam~~ proelium commissum iri putabat.

XIII. 21 Maji 1861.

De enunciatis inter se conjungendis.

Conjungendarum inter enunciationum duplex est ratio: **coordinatio** et **subordinatio**. Coordinatio appellatur ea enunciatorum conjunctio, ut alterum alteri ex aequo ponatur et utrumque stet per se ipsum e. g. Magnam tibi gratiam habeo, tu enim e periculo me eripuisti. Subordinatio vero appellatur ea duorum enunciatorum conjunctio, ut alterum alterius attributum vel objectum efficiat, e. g. Magnam tibi gratiam habeo, quo e periculo me eripuisti.

Coordinate ~~inter~~ ~~se~~ jungendis inter se enunciatis inserviunt conjunctiones **copulativę**, adversativę, disjunctivę, causales, conclusivę.

Copulativę: a) καί et, τέ que, quod posterius raro apud prosaicos scriptores occurrit; b) καί – καί et – et, τέ – τέ (plerumque apud poetas); c) τέ – καί ut – ita quoque, non solum – sed etiam – χρηστοί τε καὶ πονηροί.

Huc spectant quoque conjunctiones gradationem exprimentes: a) οὐ μόνον – ἀλλὰ καί (ἀλλ' οὐδέ) non solum – sed etiam (sed ne – quidem) e. g. Σωκράτης οὐ μόνον σοφὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ ἀγαθός; – b) οὐχ ὅτι v ὅπως (i. e. οὐκ ἐρῶ ὅτι v ὅπως) vel μὴ ὅτι v ὅπως (i. e. μὴ λέγε, ὅτι v ὅπως) – ἀλλὰ καὶ v ἀλλά (ἀλλ' οὐδέ).

Hę ellipticę locutiones pro variis relationibus varias significationes induunt, veluti: non solum non, non solum, nedum;[F] Quum res contrarię inter se opponuntur, significant non solum non, e. g. οὐχ ὅτι ἔφυγε, ἀλλ' ἐνίκησε (non solum non fugit, sed vicit). Quum res gravior leviori rei, priorem locum tenenti, opponitur, significant non solum e. g.

[F] i. e. ne dicam – a cóż dopiero mówić

οὐχ ὅτι ἔτρεσεν, ἀλλ' ἔφυγεν (non solum extimuit, sed fugit). Quum denique rem graviorem res levior, conjunctionibus οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως annexa, sequitur, tum hæ conjunctiones significant: **nedum**, e. g. ἔφυγεν, οὐχ ὅπως ἔτρεσεν (fugit, nedum extimuerit).

Adversativis particulis aut restringuntur ea, quæ prægressa sunt, aut omnino tolluntur. Restrictio sæpissime denotatur particula δέ, autem. Huic conjunctioni vulgo respondet in priore enunciato μέν, quidem, cujus significatio ita plerumque obscuratur, ut commode reddi nequeat, e. g. τὸ μὲν ὠφέλιμον καλόν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν ἐστιν.

utile ē pulchrum nocivum ē turpe

Sæpenumero μέν – δέ distribuendo inservit, veluti: οἱ μέν – οἱ δέ, alii – alii, τὸ μέν – τὸ δέ, altera ex parte – altera ex parte, tum ponitur ad eadem verba in variis sententiis repetita e. g. ἐγὼ σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι δ' ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς.

ego versor cum diis, versor cum hominibus bonis. In hisce ~~enunciatis~~ particulis sæpissime nulla significatio respondeat.

Præterea notandæ sunt ~~particulæ~~ conjunctiones: αὖ particula δέ vulgo accedente, rursus; καίτοι verum, sed tamen; μέντοι vero; ὅμως[F] nihilominus tamen; denique ἀλλά, qua ea quæ prægressa sunt aut omnino, aut saltem parte ex aliqua tolluntur, e. g. οὐχ οἱ πλούσιοι εὐδαίμονές εἰσιν, ἀλλ' οἱ ἀγαθοί. – Τοῦτο τὸ πρᾶγμα ὠφέλιμον μέν ἐστιν, ἀλλ' οὐ καλόν. Hoc negotium utile ē quidem at ū pulchrum (at restrictionem significat)

F jednakowo, pomimo tego – nihilominus

ū divites ū felices sed boni – itaque tollit

Negativa enunciata copulantur ope particularum οὔτε – οὔτε (μήτε – μήτε) nec – nec, e. g. οὔτε θεοί, οὔτε ἄνθρωποι. Neq homines, neq dii.

Nota. Negativæ enunciationes annectuntur positivis, vulgo ope particulæ καὶ οὐ v καὶ μή, e. g. Φαίνομαι χάριτος τετυχηκὼς καὶ οὐ μέμψεως οὐδὲ τιμωρίας. Videor mihi adeptus esse gratiam ū vituperationem, aut poenam.

Si 2 negationes sequuntur latini conjungunt posteriores ope aut

Disjunctivis particulis duo enunciata ita inter se copulantur, ut si alterum

Ktoś się wydarzało | fiat, alterum fieri non posse cogitetur.

In disjunctivis ponendae: ἤ – ἤ aut – aut v vel – vel; εἴτε – εἴτε (cum Indicat.), ἐάντε – ἐάντε v ἤντε – ἤντε (cum Conjunct.) sive – sive, e. g. ἢ ὁ πατὴρ ἢ ὁ υἱὸς ἀπέθανεν vel etiam ὁ πατὴρ ἢ ὁ υἱὸς ἀπέθανεν. Εἴτε καινά, εἴτε παλαιὰ ταῦτά ἐστιν. Ἐάντε πατὴρ γράφῃ, ἐάντε μήτηρ.

(margin: v pater v filius obiit.)

Ex causalibus conjunctionibus sola fere γάρ, enim, nam, huc spectat.

Conclusivae: οὖν ideo, igitur; ἄρα igitur, τοίνυν itaque, τοίγαρ ergo, τοίγαρτοι eam solam ob causam, τοιγαροῦν proinde, e. g. Θαυμάζομεν Σωκράτη· ἀνὴρ γὰρ ἦν καλὸς καὶ ἀγαθός. – Σ. ἀνὴρ ἦν καλὸς καὶ ἀγαθός· θαυμάζομεν ἄρα αὐτόν.

(margin: dla tego właśnie. Equidem co się tyczy ja przynajmniej)

XIV d. 28 Maji 1861.

Enunciationes subordinatae.

Enunciationes subordinatae aut attributi aut objecti vice* funguntur, et proinde aut substantivi, aut adjectivi aut adverbii locum tenere possunt.

(margin: * aut adverbialis cujusdam enunciationis)

1. Enunciationes substantivae.

Enunciationibus substantivis, quae pro substantivo, in formam totius enunciati redacto, sunt habendae, adnumerantur:

A. Enunciationes, quae particulis ὡς et ὅτι annectuntur.

Enunciationes, conjunctionibus ὡς et ὅτι annexae, circumscribunt objectum (accusativum) verborum sentiendi, declarandi, veluti: ὁρᾶν, ἀκούειν, νοεῖν, μανθάνειν, γιγνώσκειν etc. λέγειν, δεικνύναι, ἀγγέλλειν, δῆλον εἶναι etc.

Praedicatum horum enunciatorum ponitur: a) in Indicativo, b) in Optativo, c) in Optativo cum particula ἄν, d) in Indicativo historicor. tempor. cum particula ἄν.

Indicativus

Indicativus adhibetur, quum actio re ipsa fieri ponitur, præsertim præegressis temporibus primariis: præsente, perfecto, futuro, e. g. Ἔλεγον, ὅτι ἄρκτοι πολλοὺς ἤδη πλησιάσαντας διέφθειραν.

Dicebant ursos multos jam qui propius accesserant, occidisse. –

Optativus ponitur, quum actio non re ipsa fieri, sed fieri posse cogitatur, præsertim quum ex mente alterius aliquid proferimus e. g. Ὅτε δὲ ταῦτα ἐνθυμούμεθα, οὕτως ἐγιγνώσκομεν περὶ ~~αὐτῶν~~ αὐτῶν, ὡς ἀνθρώπῳ πεφυκότι πάντων τῶν ἄλλων ζώων ῥᾷον εἴη, ἢ ἀνθρώπων ἄρχειν.

Quum hæc reputamus in eam sententiam venimus homini natura ipsis facilius esse imperare omnibus aliis animalibus, quam hominibus

Optativus cum particula ἄν adhibetur, quum actio, quæ simpliciter fieri posse ponitur, ex aliqua conditione pendere cogitatur e. g. λέγω ὅτι, εἰ ταῦτα λέγοις ἁμαρτάνοις ἄν.

Dico te si hoc dicas errare.

Indicativus historicorum temporum cum particula ἄν adhibetur, quum actio fieri non posse ponitur, e. g. Δῆλόν ἐστιν, ὅτι, εἰ ταῦτα ἔλεγες ἡμάρτανες ἄν.

Manifestum ē, te si hoc dixisses, erraturum fuisse.

B. Enunciationes finales et consecutivæ, conjunctionibus ὡς, ἵνα, ὅπως, ὡς μή, ὅπως μή, ἵνα μή ut, ut ne ὡς, ὥστε ut, ut non annexae.

Enunciationes finales. Peculiaris hisce enunciationibus modus est Conjunctivus (præegressis temporibus primariis) et Optativus (præegressis temporibus historicis), e. g. Ταῦτα γράφω, γέγραφα, γράψω, ἵν' ἔλθῃς ut venias. Ταῦτα ἔγραφον, ἐγεγράφειν, ἔγραψα, ἵν' ἔλθοις ut venires. ἵνα σαφέστερον ~~δ~~ δηλωθῇ πᾶσα ἡ Περσῶν πολιτεία, μικρὸν ἐπάνειμι (paucis repetam).

Hoc scribo, scribam ut venias – scripsi ut venires.

Ad verba quæ curam, studium, conatum, deliberationem, effectum, cohortationem significant: ἐπιμελεῖσθαι, φροντίζειν, φυλάττειν, σκοπεῖν, βουλεύεσθαι,

ὁρᾶν, ποιεῖν, πράττειν (curare), μηχανᾶσθαι, παρασκαλεῖν, παραγγέλλειν, προειπεῖν, δεῖσθαι, ἄγε etc. ponitur aut Conjunctivus vel Optativus cum particula ὅπως (ὅπως μή) ex proxime praecedenti regula, aut etiam, et quidem saepissime, Indicativus Futuri, quolibet tempore praegresso. Quod tempus significat, ea, quae subjectum primariae enunciationis animo intendat, pro certo futura esse, e. g. Οἱ Περσικοὶ νόμοι ἐπιμέλονται (ἐπιμέλουνται), ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, οἷοι (= ὥστε) πονηροῦ ἢ αἰσχροῦ ἔργου ἐφίεσθαι.

Persarum leges curant, ne initio cives ejusmodi sint, qui turpe v. inhonestum negotium adeant.

Finales conjunctiones: ἵνα et ὡς (rarius ὅπως) junguntur temporibus historicis Indicativi ad consilium, quod fieri non posse cogitatur, significandum, e. g. Ἐχρῆν σε Πηγάσου ζεῦξαι πτερόν, ὅπως ἐφαίνου τοῖς θεοῖς τραγικώτερος.

Oportebat ~~te jungere~~ Pegasi alas tibi adaptare, ut videaris diis ~~plenior~~ sublimiore tragico spiritu afflatus.

XV. d. 4 Junii 1861.

De enunciatis adjectivis seu attributivis.

Enunciata attributiva pro adjectivis vel participiis, in formam enunciatorum redactis, sunt habenda. Annectuntur primariae enunciationi ope pronominum relativorum: ὅς, ἥ, ὅ, ὅστις, ἥτις, ὅτι, οἷος, ὅσος etc.

Pronomen relativum congruit numero et genere cum substantivo primariae enunciationis, ad quod refertur, casus autem ejus pendet ex praedicato secundariae enunciationis e. g. οἱ στρατιῶται, οἷς μαχόμεθα etc.

Nota 1. Si relativo pronomini aliud nomen praedicati vim habens, ope verborum: εἶναι, καλεῖν, ονομάζειν, pari casu adjungitur, relativa vox huic posteriori nomini, non illi priori, ad quod proprie est referenda, accommodatur, e.g. Ἡ ὁδὸς πρὸς ἕω τρέπεται, ὃ καλεῖται Πηλούσιον στόμα. Ἄκρα, αἳ καλοῦνται κλεῖδες τῆς Κύπρου. Περσικὸν ξίφος, ὃν ἀκινάκην καλοῦσι. Λόγοι εἰσὶν ἐν ἑκάστοις ἡμῶν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν.

Via vergit ad orientem, quae appellatur ostium Pelusium.

Promontorium, quae appellant claves Cypri.

Nota 2. Numerum quod attinet, locutio ἔστιν ὧν, οἷς, οὕς, ἃ anomaliam exhibet, quippe quum hæc formula vices substantivi pronominis sustinere videatur, nec numero relativæ vocis, nec tempore verbi finiti, quod est in enunciatione attributiva, illam vim in verbum ἔστιν exercante:

G. ἔστιν ὧν (= ἐνίων) ἀπέσχοντο. są takie rzeczy od których się wstrzymywali:
D. ἔστιν οἷς (ἐνίοις) οὐχ οὕτως ἔδοξεν. i. e. iis, quibus aliter videatur.
Acc. ἔστιν οὕς (= ἐνίους) ἀπέκτεινεν. i. e. ejusmodi quos interfecerit.

Verbum relativæ enunciationis accommodatur nomini, sive expresse posito, sive cogitatione supplendo, ad quod relativa vox est referenda e. g. Ἐγώ, ὃς γράφω – σύ, ὃς γράφεις – ὁ ἀνήρ, ὃς γράφει. Vocativo vulgo secunda persona adjungitur, e. g. Ἄνθρωπε, ὃς ἡμᾶς τοιαῦτα κακὰ ἐποίησας.

Relativa vox, ad duo vel plura unius generis nomina referenda, ponitur in plurali numero et in eodem genere, cujus sunt illa nomina; sæpe tamen ad substantiva, inanimatas res significantia, relativa vox neutrum genus induit e. g. Ἡ μήτηρ καὶ ἡ θυγάτηρ, ἃς εἶδες. Ὁρῶ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει καὶ κόμαις ~~προ~~ προσθέτοις, ἃ δὴ νόμιμα ἦν ἐν Μήδοις.

Video ~~illum~~ avum ornatum et nigredine ciliorum et appositiis capillis.

quæ omnia in usu apud Medos

Pronomen relativum, ad aliquot substantiva personalia, quæ genere inter se discrepant, referendum, potiori generi accommodatur; ad substantiva vero, res denotantia, quæ item genere inter se differunt, vulgo in neutro genere ponitur, e. g. Ὁ ἀνήρ καὶ ἡ γυνή οἳ παρὰ σὲ ἦλθον. Ἥκομεν ἐκκλησιάζοντες περί τε πολέμου καὶ εἰρήνης, ἃ μεγίστην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ.

Attractio relativorum. Vox relativa, quam ex sermonis lege, Accusativo poni oporteret, si nomen, quo pertinet, Genitivo aut Dativo casu est positum, a nomine illo quodammodo attrahitur i. e. casu illi accommodatur, e. g. Ἀρίων ~~δι~~ διθύραμβον πρῶτος ἀνθρώπων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ἐποίησεν (pro: οὕς ἴσμεν). Σὺν τοῖς θησαυροῖς, οἷς ὁ πατὴρ κατέλιπεν (pro: οὕς ὁ πατὴρ κατέλιπεν).

Arion primus hominum quos novimus dithyrambum condidit

Attractio relativorum pronominum: οἷος (qualis), ὅσος (quantus), ὁστισοῦν (quicunque), ἡλίκος (qua aetate). Hæ relativæ voces, non solum in Accusativo, sed etiam in Nominativo positæ, attractionem patiuntur, si in enunciatis attributivis, ope earum annexis, verbum εἶναι et peculiare subjectum invenitur. Tum, verbo εἶναι et demonstrativo pronomine omissis, vox relativa cum ceteris, quæ ei Nominativo casu junguntur, vocabulis, ejus nominis casu ponitur, ad quod refertur, interdum etiam ei præponitur e. g.

Genit. ἐρῶ οἵου σοῦ ἀνδρός (pro: ἐρῶ τοιούτου ἀνδρός, οἷος σὺ εἶ) – ἐρῶ οἵου σοῦ (pro: ἐρῶ τοιούτου, οἷος σὺ εἶ)

Dat. χαρίζομαι οἵῳ σοὶ ἀνδρί (pro: χαρίζομαι τοιούτῳ ἀνδρί, οἷος σὺ εἶ) – χαρίζομαι οἵῳ σοί.

przysługuję się takiemu jak ty jesteś człowiekowi

Accus. ἐπαινῶ οἷον σὲ ἄνδρα – ἐπαινῶ οἷον σέ.

chwalę takiego jak ty jesteś człowieka

Gen. plur. ἐρῶ οἵων ὑμῶν ἀνδρῶν – ἐρῶ οἵων ὑμῶν et. et.

Nota. Attractioni tum etiam est locus, quum relativum οἷός τε ponitur cum Infinitivo loco particulæ consecutivæ ὥστε, quæ locutio redditur Latine: **is sum, qui** (cum conjunctivo) e. g. Διελέχθην Στωϊκῷ τοιούτῳ οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι, μήτ' ὀργίζεσθαι Collocutus sum cum Stoico, qui is est, qui neque perturbari neque irasci possit.

Attractio inversa. Interdum non relativa vox substantivo, sed substantivum relativæ voci accommodatur, e. g. Τὴν οὐσίαν, ἣν ὁ πατὴρ κατέλιπε τῷ υἱῷ, οὐ πλείονος ἀξία ἐστίν. Hæc attractio sæpissime usu venit in locutione οὐδεὶς ὅστις οὐ (nemo, qui non = quisque), omisso verbo ἐστί e. g.

οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ταῦτα ποιήσειεν,

οὐδενὸς ὅτου οὐ κατεγέλασεν – nie ma nikogo, kogoby nie wyśmiał.

οὐδενὶ ὅτῳ οὐκ ἀπεκρίνατο – komuby nie odpowiedział

οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλαυσεν – kogoby nie opłakiwał.

Wyprawy pko niewiernym r. 1157.

~~Kr~~ Król Fr. Ludwik VII (le Jeune) wróciwszy z bezskutecznej drugiej wyprawy nie ostygł jednak w zapale do podobnych wojen. Uczyniwszy pielgrzymkę do grobu S. Jakoba w Kompostelli namówił Króla Angielskiego (Henryka II) do wypowiedzenia wojny Arabom Hiszpanii. Już rzeczywiście zgromadzono wojsko. i proszono papieża Adryana IV aby ogłosił odpust dla zachęty. Adryan pochwalił ten zamiar, lecz przedstawił, iż trzebaby wprzód jeżeli nie do udziału, to przynajmniej o zezwolenie Książąt krajowych; powinieneś pamiętać o swej wyprawie z Ces. Konradem, mówi mu, jako smutny koniec miała, skołaście się na nię udali, nie poradziwszy się wiernych, którzy byli na miejscu, ani dostatecznie nie ubezpieczywszy się. ~~Skutkiem tego wyprawa nie przyszła do skutku 1157.~~

De verbor. Græcor. conjugationibus.

Præsens ~~Activum~~

__Activum__ Indicativus. Charactere temporis caret — Character modi ε, quod ante μ et ν transit in ο — Huic ε in secunda et tertia persona adjungit ι — In prima vero persona characterem modi constituit ω. Clausulæ personar. tempor. primarior.: N. S. 1 — 2 ς — 3 — N. D. 1 ~~εδε~~ — 2 τον 3. τον. N. Pl. 1 μεν, 2. τε, 3 ντσι. λύω λύεις, λυει — λύετον. λύετον — λύομεν, λύετε, λυουσι quia ντ aut σ elidunt, et præmeme præcedens syllaba aut producit, aut in diphthongum mutat.

Conjunctivus. Charactere temporis caret — modi ε character præsentis indic. productus seu η — clausulæ tempor. primarior. — eg. λύω, λύῃς, ~~λη~~ λύῃ — λύητον, λύητον, λύωμεν, λύητε, λύωσι —

Optativ. — Charact. temporis caret. modi ε οι clausulæ personar. tempor. historicor. seu ~~et in~~ prima persona e μι 2 ς, 3 — Dual. τον, την — Plur. μεν, τε, σαν (loco ν). eg. λύοιμι, λύοις, λύοι — λύοιτον, λυοίτην — λύοιμεν, λύοιτε, λύοισαν.

Imperat. ~~N. S. 2a caret 3a τ~~ Charactere temp. caret — modi ut in indic. Clausulæ: Sing. 2a caret — 3a τω — Dual. 2a τον — 3a των Plur. 2 τε — 3 τωσαν. eg 2. λύε 3. λυέτω — D. 2. λύετον, 3a λυέτων Plur. 2. λύετε, 3. λυετωσαν.

Infinitivus Char. temp. caret — modi non attendit ~~ut in modo~~, clausula e ειν — eg. λύ-ειν

__Participium__ Charactere temporis caret, et modi non attendit (ut in infinitivo, quod servant omnia participia ~~voc~~ et infinitivi vocis activæ) clausula, quæ jungit. pure radici e ων — ουσα, ον. Gen. οντος — ουσης, οντος — eg. λύων, λύουσα, λύον

__Passivum__ __Indicativus__ ~~Char~~ De charactere temporis et modi eadem intelligenda ~~qu... ... ...~~ quæ dicta s. de Activ. Indic. nisi quod ~~...~~ epsyloni non adjungit. Clausulæ personar. tempor. item primarior. μαι, σαι, ται, — μεθον, σθον, σθον — μεθα σθε, νται. eg λύομαι, λύεσαι, λύεται, λυόμεθον, λύεσθον, λύεσθον, λυόμεθα, λυεσθε, λύονται

__Conjunctiv.__ ~~Σ~~ Ut supra conjunct. activ. Clausulæ item tempor. primarior. passivor. ut in Indic. pass. eg. λύωμαι, λύησαι, λύηται, λυώμεθον, λύησθον, λύησθον — λυώμεθα, λύησθε, λυωνται.

__Optativus__ Ut supra de optat. activ. Clausulæ temp. ~~prim.~~ historic. μην, σο, το — μεθον, σθον, σθην — μεθα, σθε, ντο — eg. λυοίμην, λύοισο, λύοιτο, λυοίμεθον, λύοισθον, λυοίσθην — λυοίμεθα, ~~λυοι~~ λύοισθε, λύοιντο

__Imperat__ Ch. t. ~~care~~ caret — Ch. m. ε clausulæ — σο, σθω, σθον, σθων, σθε, σθωσαν 2. λυεσο, 3. λυεσθω. 2. λυεσθον. 3. λυεσθων. 2. λυεσθε, 3. λυεσθωσαν.

__Infinit.__ ~~P~~ Charact. temp. et mod. varior. pro variis temporibus habet clausu. gen. e μενος, μενη, μενον, præs. λυομενος, fut. λυσομενος, perf. λυκωμενος. Excip. aor. clausu. εις, εισα, εν.

Partic.

Verbis his possis accenseri: εικω similis sum - ελπω spero - εργω, ερδω facio que habent preteritum medii cum augmento εοικα - εολπα - εοργα.
Verbum ουρεω mingo, item augmentum habet in imperfecto εουρουν
3º Verba composita ex substivis οιαξ clavus. uti οιακιζω et οιακονομεω guberno ex οιωνος avis - uti οιωνοσκοπεω et οιωνιζομαι auguror - ex οινος vinum, uti οινιζω vinum sapio, aut ano- ex οιμος via οιμαω irrao - ex οιστρος uti οιστρεω et οιστραω oestro agito, o agro - οιος solus, uti οιοω destituo desolo. οικουρεω domum custodio - ti adsciscunt augmentum. Verbum πεποιημαι ejulo. potest adhiberi cum et absq augmento finde ωμωζον e οιμωζον. V. εορταζω festum celebro potest adhiberi absq augmento cum augmento in prima mutando ε in ει aut cum augmento in IIª mutando ο in ω.
De augmento in verbis compositis ex prepositionibus
Verba habent augmentum inter verbum et prepositionem ex προστασσω precipio - προσφερω offero. εισαγω induco imp. προσεταττον. et εισηγον - Si prepositio desinit in vocalem, vocalis prepositionis abjicitur - ex διασπειρω semino - imperf. διεσπειρον.
Prepositio εν que transit ante labiales in μ ante palat. in γ ex εμβαλλω injicio. ex εγχειρεω in manus trado. sumunt ν resumunt. finde imperf. ενεβαλλον, ενεχειρουν - Item in prepositionibus si ν mutatum fuit in λ. ς, aut extrusum in imperfecto redit. finde συλλεγω - συνελεγον - συρρεπω consuo - συνερραπτον. συζαω convivo, συνεζων - In prepositionibus περι αμφι - et προ. vocalis non abjicitur finde dicitur περιεστρεφον circum vertebam προετρεπον adhortabar contra προυτρεπον - Si verba primitiva non sunt in usu, aut composita non discrepant significatione a primitivis, tunc augmentum ponitur a principio ex ισταμαι, επισταμαι - scio. ιζω et καθιζω colloco, sedere facio. ημαι et καθημαι sedo - ευδω et καθευδω dormio.
Verba sequentia, etiamsi primitiva eorum non sunt in usu tamen augment. habent post prepositionem: προφητευω vaticino - επιτηδευω operam navo. Verba composita ex substantivis, uti λιθοβολεω lapido. φιλοσοφεω - philosophor. θαλασσοκρατεω crateo in mari impero composita ex talasa et κρατος equilos. 2º Ex nominibus - uti αυτομολεω ad hostes fugio. 3º ex pronominibus non mutantibus significatum, uti ενεπω dico - ενεγκω fero 4º Ex adverbiis uti πλημμελεω scelus committo, ex πλην preter - Ex ομου - uti ομολογεω confiteor. Ex a privativo, uti αφρονεω insipiens sum. απιστεω non credo. et ex adjectivis uti: εναντιοομαι adversor. habent augmentum ab initio. Vv. διαιτάω exigo διοικεω administro, ανεχομαι tolero - ενοχλεω turbo item αναπαυομαι abnuo - ονοματοποιεω nomen facio
& προσοδοποιεω iter facio habent augmentum in prepositione et in verbo Vv. εγγυαω in manus dimitto et εμπολεω possunt habere augm. in prepositione aut in verbo - finde εμπολεκα aut εμπεπολεκα
Tandem vv. composita ex particulis δυσ et ευ - si post verba incipiunt a voc. mutabili tunc habent augm. post. si incipiunt ab consonante aut voc. immutabili habent ante eg δυσαρεστεω - displiceo - δυσηρεστουν
δυσαπιστεω diffido - δυσηπιστουν - δυστυχεω infelix sum. habet εδυστυχουν
δυσωπεω pudore afficio deterreo εδυσωπουν, quia ωπεω incip. ab immutabili ω

Quoad ευ - ευαγγελιζω felicem nuntium do - ευεργετεω benefacio. vocales post ευ-α et ε ι mutabiles. proinde imperfectum ευηγγελιζον, ευηργετουν ευσεβεω pietatem colo - ευημερεω prospere ago habent augmentum ante quia σεβω incipit a consonante. ημερεω aliunde η. sed saepe adhibent et absq. augmenta ab initio. item: ευτυχεω felix sum quia incipit τυχεω a cons. aut adhibet absq. aut cum augm. mutando ε in η -

Formatio tempor.

58

1° A praesenti modi indicativi formant praesentia omnium modorum tam activorum quam pass. et medii verbor. mutando solummodo terminationem - 2° Ota imperfecta praefigendo augmentum syllabicum v. temporale et mutando in activo terminationem ω in ον et in passivo in ομην. proinde τυπτω - ετυπτον, ετυπτομην 3° Futurum primum addendo ad characteristicam σ, quod transit in ψ aut ξ - aut σω. Verba pura vocalem α mutant plerumque in futuro in η. uti τιμαω honoro τιμησω - βοαω clamo βοησω - conservant α praesertim ea quae ante α habent ε, ι, ρ. uti εαω sino εασω κοπιαω laboro κοπιασω - γελαω rideo γελασω - ελαω et φλαω tundo ελασω - φλασω - ορεω video ορασω, πκω possideo - σπαω traho. δραω facio. δικαω judico. φεραω fero ερασω desidero. Quidam habent dei modo. περαω - περαω transeo - περασω et περησω - item vocalem ε vulgo mutant in η ut ποιησω - φιλεω ποιησω φιλησω - sed pauca conservant ε - τελεω perficio. ειδεω suspicio. αρκεω sufficio. ακεω medeor. ξεω polio - νεικεω jurgor - Quidam habent dei modo: ε vel η. καλεω voco. καλεσω v. καλησω. φρονεω sapio. δεω vincio. αινεω laudo - O mutant in ω uti: χρυσοω inauro χρυσωσω δηλοω manifesto. δηλωσω. Quidam conservant ο uti: αροω aro - βοω orauro ομοω juro. αροσω - βοσω. ομοσω. Verba desinentia in ζω item item in σω et λω. ex futuro ejiciunt σ - ανοιξω puto - ερχεξω ergo quo in futuro loco νομισω - ερχισω vulgo dicit νομιω ερχιω. φιλεω diligo ελαω impello αμφιεω superinduo. loco φιλεσω - ελασω - αμφιεσω dicit φιλω. ελω - αμφιω - Verba desinentia in σκω habent vulgo in ξω ut διδασκω, disco τιτυσκω - γιλασκομαι propitius sum. διδαξω, τιτυξω γιλασομαι v. γιλαξομαι. VV desinentia in ανω ινω quae fraeminunt a puris desinentibus in αω v. ιω abjiciunt ν. ut φθανω praevenio φθινω corrumpo. habent φθασω φθισω quia descendunt a φθαω praevenio et φθιω corrumpo. VV αυξω augeo. εψω coquo. habent fut. ~~αυξω~~ αυξεσω. εψεσω - quasi ab αυξεω - εψεω. Item verbum αλεξω arceo. Quidam verba liquidata uti εθελω volo μελλω futurus sum οφειλω debeo. ολω perdo. ενεω invenio. χαιρω gaudeo. fut. formant quasi a purit. τελεσω μελλεσω - χαιρω habet χαρω et χαιρεσω.

A futuro I format 1° futurum medii mutando terminationem ω in ομαι, uti a τυψω - τυψομαι - λεξω - λεξομαι - νομισω νομιεσομαι et abjecto σ φιλουμαι - νομιουμαι 2° Aor. I. mutando terminationem ω in α et praefigendo augmentum. proinde τυψω - ετυψα. λεξω ελεξα - Verba liquidata α mutant in ε proinde α ψαλλω erit εψηλα - ε mutant in dipth. ει - proinde a στελω - erit εστειλα. Quae in futuro αι mutarunt in α in dialecto communi conservant α in aor. tca mutant in ε. ut σημαινω significo - ραινω polluo in fut. habent σημανω ρανω - in aoristo εσημανα - ερανα aut atticae εσημηνα ερηνα - Quidam vv. dissylaba in futuro habent in ευσω ut πλεω navigo πλευσω - πνεω spiro ρεω fluo ρευσω χεω fundo. σεω moveo. σευσω καω v. καιω uro καυσω - κλαιω ploro κλαυσω

Quaedam ex istis in aor. σ ejiciunt - hinde σευω mutat in εσευα
αλευω αλευσω evito - ηλευα - Sciendum autem est verbum νεω si
significat nato et nuo habet νευσω - si vero neo (fingo) habet
νεσω - A futuro III format praeteritum. Praeteriti φ muta-
t in φ - ξ in χ - σ in κ et praefigendo reduplicationem. Hinde
a τυψω - τετυφα - λεξω - λελεχα - Observandum quod verba
incipientia ab aspiratis in reduplicatione recipiant te-
nues - hinde π φεφιληκα, χεχηκα sed πεφιληκα - κεχηκα
Quoad vo. liquidata - Desinentia in λω - ρω et ινω habent praeteri-
tum in α hinde a στελω εσταλκα. σπειρω εσπαρκα - τεινω tendo
fut. τενω τετακα a κτεινω occido fut. κτενω - εκτακα - Desinentia in νω
νω - ν amittunt. κλινω inclino κρινω judico - πυνω paro. π κεκλινκα
sed κεκλικα, κεκρικα etc. A praeterito activo format 1° Activum
plusquamperfectum addendo ab initio alterum augmentum et mutando
terminationem α in ειν hinde ex τετυφα, λελεχα εσταλκα erit
ετετυφειν, ελελεχειν, εσταλκειν - 2° Praeteritum passivum a 1a persona
mutando terminationem φα in μμαι - χα in γμαι. κα in μαι - hinde
a τετυφα, τετυμμαι - λελεχα - λελεγμαι - εφαλκα εφαλμαι -
Verba habentia pro characteristica ζ, τ, θ et δ ante dictas terminationes
assumunt σ hinde a πεφρακα ιχι πεφρασμαι - a πελεκα impleo
πεπλεσμαι, a ενυκα perficio - ενυσμαι. 2° Verba pura habentia ante
ultima diphthongum uti ακουω audio, ηκουκα - ηκουσμαι - κελευω jubeo -
κεκελευσμαι. κρουω pulso, κεκρουσμαι - κλειω claudo - κεκλεισμαι -
παιω percutio πεπεισμαι; πταιω impingo - πεπταισμαι - τελω frango, τε-
τραυσμαι. γνοω cognosco, εγνοσμαι - Liquidata πεφανκα a φαινω
ostendo μολυνω inquino. μεμολυνκα - et ab ελαω impello praete-
ritum habent 2ci modo. πεφανμαι ρ πεφασμαι. μεμολυμμαι, ρ με-
μολυσμαι - Quaedam activi verbi ε mutant in α. sic τρεπω verti.
τρεφω nutrio [illegible] act. praet. τετροφα pass. τετραμμαι. εσταλμαι
A praeterito pass. format plusquamperf. pass. mutando μαι in μην
hinde a τετυμμαι erit ετετυμμην. λελεγμαι, ελελεγμην.
A II pers. passivi format fut. III passivum mutando terminationem
αι in ομαι - hinde a II pers. praet. τετυψαι, λελεξαι, εσταλσαι erit
τετυψομαι λελεξομαι - σταλσομαι. A III pers. pass. format Aor.
pass. mutando terminationem φθαι in φθην, κται in χθην, σθαι in
σθην, ται in την - hinde a τετυπται, λελεχθαι, ηκουσθαι - Aor. pass.
ετυφθην, ελεχθην, etc. Tria verba, quae etiamsi in prae-
terito σ non habent, tamen in aor. assumunt, a μεμνημαι recordatus sum
aor. εμνησθην - ερρωθην corroboratus fui - ερρωσθην κεκλι-
μαι [illegible] εκλιθην - Ab aor. I passivo futurum passivum mu-
tando terminationem θην in θησομαι - ετυφθην, τυφθησομαι -
ελεχθην λεχθησομαι - εσταλθην, σταλθησομαι -
Nota 5 vo. liquidata quae in praeterito activo recipiunt
ε semper. νεμω divido, pasco. δεμω struo. βρεμω fremo. τρεμω
tremo et τεμνω seco, habent νενεμηκα etc.
A praes. format futurum II ejiciendo ex duabus consonantibus
unam et addendo ε, quod vulgo in dialecto attica contrahitur.
Praeterea vocales longas mutant in α [illegible] αλειφω lateo - λαθω
τηκω liquefacio - τακω - σηπω putrefacio, σαπω a τρωγω
trago - Item quaedam dissyllaba habentia ε mutant in
α uti πλεκω πλακω τρεπω et στρεφω verto
κλεπτω furor κλαπτω - Quae habent in medio diph-
thongum ευ ρ ει primam vocalem ejiciunt hinde
φευγω fugio φυγω - κευθω abscondo - κυθω - πειθω persua-
deo - πιθω - λειπω linquo - λιπω - ειδω scio - ιδω

Tria 5° verba quæ mutant π in β minimum βλαπτω lædo βλαβω
κρυπτω abscondo - κρυβω - καλυπτω operio καλυβω -
6 quæ π in φ i. e. ταπτω sepelio. ραπτω suo. ρυπτω [illegible] σκαπ-
πω fodio. δρυπτω [illegible] accomodo attendo. ταφω, ραφω - ρυφω - σκαφω
δρυφω αφω - 7° decimentia in χω ζω et σω quæ vulgo con-
trahunt, item in νω uti δυω induo - ιω σπιω [illegible]
et in σεω τεω futu. II et præt. medii carent.
A fut II formant 1° fut. medii mutando term. in ουμαι
2° Aor. medii mutando in ομην - 3° aor. acti. mutando
ω in ον et præfigendo augmentum. 4° aor. passivi mutan-
do ω in ην - 5° fut II pass. mutando ω in ησομαι
A fut. II formatur præter. med. mutando term. ω in α
et reduplicando primam litteram unde τετυπα απα
sed verba bisyllaba ε mutant in ο unde λεγω
dico - λελογα, πεμπω, πεπομπα - Quæ habebant in
fut ι ει ει mutant in οι unde αλειπω fut. λιπω
fut. λελοιπα πειθω persuadeo πιθω πεποιθα - Quædam
brevem mutant in longa uti φευγω - φυγω, πεφευγα
aut πεφυγα. item κευθω abscondo. Quæ habent α mutant
plerumque in η uti θαλλω vireo - τεθηλα. κλαζω
urgo κεκλαγα. κλαζω frango κεκλαγγα -

1° Dum ~~quod~~ donec ~~pod~~ tak długo, quum actio secundaria tam diu durat

2° podczas gdy — hic dum Romę agunt, Interium expugnabatur — tato dum fortissime pugnat

3° aż, dopóki nie — se et dupli modo enuntiationi primariæ actio secundaria, e ~~[illegible]~~ indicativo, quum actio secundaria externe jungitur primariæ i.e. ad explicationem ejus constituit conjunctivo, quum actio secundaria auxilium effectum etc. exprimit

Enunc. caus.

ancatunt ope
quod, quia signific. causam impellentem efficientem (powodu, przyczyny)
quoniam, ~~ut~~ postquam — petita causa quum res jam in eo e
quum ~~ra~~ ex ratione causa deprompta
quod quia quoniam junguntur indic. nisi ex mente alterius loquitur — si vero nostram ipsorum proferimus sententiam ponendus indicat
~~si quod~~ ~~ope~~ ~~pot~~ ~~caus.~~ ~~quod~~ quod junctum dico si vo alterius ~~p~~ferimus ope quod et dico
quum tum ipsum verbum dico exprimendum conjunctivo tu cetera causale conjunctivum requirit excipitur ceterum hic casus quum huic particulæ substitui potest eo ipso quod.
De te Catilina ~~dum~~ quum tacent clamant
Quum causali adurandi sit loci, ubi concessivam notio subest. Aristi. magistratu abiit pauperrimus quum ditissimus esse posset.
(revertor ~~eris~~ inf. reverti perf. reverti isti. reverteram, revertero)

Ut fin. quod expri consilium quo subjectum enunciati primarii ~~ad~~ actionem peragit. — præsens et futur. item excipit præs. — Praeter quadvis imperf.
loco Ut fin. poni potest Sup. in um — Gen. Gerun. cum causa — Abl. Ger. — qui cum conjunct. — partic. fut. part. quo ex abl. pron. rel. aby przez to — non quo sed quia quod v ut, prior pars causam fictam posteriorem
Quominus ponitur ad vv impediendi religio est quominus (skrupuł mam religijny sumienie nie pozwala) si significare volumus
si volumus consilium ne actionem quis aggrediatur ponitur, si post negationem ponitur quin

Ut consec. adv. — anect quæ denotant effectum qui sua sponte sequitur — Praep. præs. — ponitur præs. conj. v præs. periphr. si præsens posteriori tempore emersurum est conjunc. præs. periphr. Praep. præt. imperf. si eff. causa etiam tum agente exoriebatur perf. si effectum suo statu stantes jam actionem absolutam putamus — præs. quum eff. etiam nunc sub ocul. cadit
periphr. imperf. si effect. emersurus erat
præsens. periphr. si probabile est effectum brevi emersurum esse

Język Łaciński 1. 60

d. 6 Marca 1862. ~~Literatura~~ Horatius l. IV

~~A. 700 Antonius hortatus ē Horatium ad canendi~~

Priore parte odae ad cælum tollit poeticum ingenium Pindari et suam exiguitatem posteriore vero

Scriptaē metro sapphico — 3 priores versus hujus metri constant choræo spondæo dactylo et duobus choræis. 4tus ē Adonius qui refert duos ultimos pedes hexametri.

Pindarus fuit excellentissimus poeta lyricus Græcorum.

Inter Æmulari et imitari hoc fere ē discrimen quod qui æmulatur alterum æquare studet

Icarus filius Dedali celeberrimi antiquitatis architecti dicitur una cum patre ceratis alis ex carcere evolasse atque Italiam per aëra migrasse.

Icarus dicitur conatus emetiri aera.

nitor opieram się, przez się usque majores appeto

Vitreus pontus a natura aquæ quæ perlucida ē

Amnis vox poetica quæ ante Augusteam ætatem in usu n. fuerit significat majorem fluvium et quidem in mare se effluentem

profundo ore = s. uberrima dicendi re(?) iuxig. v etiam ad amnem transferri hæc verba possunt.

Os = fons.

Lauream coronam — ob poeticam præstantiam.

dityrambus = andax

nri poetici = rhithmus

I str. in celebrandis laudibus Pindari versatur

II adumbrat pæanas i.e. cantica ~~cantan~~ componere ~~deum celeberrimos~~ virorum illustrium

~~More propt poetis~~
~~de more~~ Cent. populy Thes. dicit 6
a Capitis, eqq. etsi ad internos.
quum turbas ivixxent in nuptiis regis Lapith.
Chimera monstrum ex leone, capra -
chimera flamas spirabat.
IV Strophe adumbrat species Pindari:
Palma elea = olympia palma
i. mactatos honori eg
pugil ē athleta qui pugiis certat - bozer.
desultor certamina ~~et~~ wyscigi konne
coelestis nadludzki.
VI denotat threnos defunctor laudibg destinatos
plorare etc. v. construunt Acc. qui rem
effectam designat.
Orcus = Pluto rex inferor
invidet i. e. nomen ejus ab oblivione
vindicat. invideo tibi divitias v.
Dircaei cycni putabant lessum effundere.
Dirce fons prope Thebas. Dircaeg = Thebanus.
Multa aura etc. i. e. poeta plenus ē furoris di-
vini entes.
VII se comparat cum ape, quae ex flore excerpit
succum cum maximo labore
Mons matina erat in Apulia apibus
nobilissima.
thyma i. e. in universum flores.
IX Altera pars odae, qua provinciam
laudes Augusti celebrandi
plectrum erat instr. mus. ebore fabricatum
speciem dentis majoris praeseferens, quo
poetae pulsabant chorda lyrae.
majore plectro i. e. sublimiore rhythm
sacer clivus i. e. via sacra qua triumi-
phantes Capitolium venire solebant
hostias mactaturi.

XI. ~~Triumphantes~~ Constat senatum votum suscepisse se in honorem deum acturos esse si Augustus victor redierit.

O sol pulcher Opies memorabilis, praeclara

XIII Io triumphe: ita exclamabant milites triumphantes.

XIV ~~Io~~ tener idem atque juvenis, v recens natus.

solvet i.e. exsolvar votis mactato vitulo.

In finali significatione

XVI Ultima ~~vota~~ stropha describit vitulum immolandum a poeta.

Videri ~~ad~~ Acc. more Graecorum positum respondens Latinorum Ablativo limitationis

Cetera acc. dimensionis qui alienus etiam a prosaico ser. Ope ejus denotatur quasi superficies.

I Quicunque conatur cum Pin. de poetica praestantia ~~cum~~ certare, sicut eum cum manet fortuna Icari, siquidem qui est futurus. cum comparari potest cum Icaro qui volasse dicitur sed mari mersus ~~excedit~~.

~~Pindarus ima~~

II Ubertas ejus ~~dictionis~~ ingenii et dictionis conferri potest cum torrente qui ripas suas excessit.

Itaque hac oportunitate
annuli usus reginae stu-
prum intulit, eaq. adiu-
trice regem dominum in-
teremit, sustulitq. quos ob-
stare arbitrabatur: nec in
his eum facinoribus quis-
quam potuit videre. Sic
repente annuli beneficio
rex exortus est Lydiae.
Hunc igitur ipsum annulum
si habeat sapiens, nihilo plus sibi licere putet peccare, (abl. mensurae? qto altera res melior = major altera sit)
quam si non haberet. Hone-
sta enim bonis viris non
occulta quaeruntur.
39. Atque hoc loco philosophi
quidam, minime mali illi-
quidem, sed non satis acuti,
fictam et commentitiam
fabulam dicunt prolatam
a Platone: quasi vero ille
aut factum id esse aut
fieri potuisse defendat.
Haec est vis huius annuli et
huius exempli: si nemo sciturus,
nemo ne suspicaturus quidem
sit, quum aliquid divitiarum
potentiae, dominationis, libidi-
nis causa feceris, si id diis
hominibusq. futurum sit
semper ignotum: sisne
facturus? non faciasne

Acc. c. I. ayj sub. Aff. pronomen rel. interpretantes enunciationem primariam diffingimus et quasi eam unius sacheding facimus e vox neutra. Saepe tamen subē haic nostro

Quisquam adhibet in enunc. neg. V.

Nostratium adjectivi Genitivis latine redduntur in locutionibus quae naturam locor. geographiam spectant.

Si exprimimus nostram ipsor sententiam nemini eam obtrudentes et conditionem quae fieri posse cogitat conjunctivo praesentis utamur oportet. Usus ejusmodi conjunctivi ex nostro arbitrio pendet.

Dat. loco Ablativi cum praep. ab adhibe ad vv. passiva ut significet subjectum logicum et quidem rarissime ad vv. actionis infecta, vulgo ad vv. actionis perfecta – tui n. audita Demost. Vigilia.

Si duas qualitates ad eandem rem spectantes ~~unius~~ vel alteram alteri opponimus, dicimus ille quidem – sed

Quasi ac si, perinde conjunctio quae denotet fictam comparationem – nunquam non ponunt conjunctivo. Tempora ratione hasce particulas sequi posse

jungat necesse e

Vox defendere c. Ac. c. Inf. si praegnanti sensu sumit

